

Sic sic fugienda pompa in morte, & sola anima curanda est.

7. Præterea sicut luctus, ita & luctus in morte amicum & familiarium temperandus est. Verissimum quidem est, inter omnes gentes invaluisse morem quasi a naturaingenitum deplorandi defunctos, dicitur Cornelio a Lapide in Eccli. 38. Omnes fide gentes planguntur sui mortui, ut hic planguntur iuris gentium esse videtur. Et non immerito; plangimus enim, quia amici rem, quæ inter omnes temporales pretiosissima, id est, vitam amisit: plangimus, quia patris, matris, aut amici familiaritate, & solatio orbati sumus: plangimus, quia illis oculis, qui nos toties amice intuiti sunt, illi ore, quod in afflictione nobis toties solatia dedit, illis manibus, quæ nobis in necessitate toties auxilio venerunt, non amplius deinceps fruemur. Et has plorandi rationes adeo approbat Ecclesiasticus, ut ajat c. 38. Illi, in mortuum pedes lacrymas, & quasi dura passio lacrymularum. Verum hic luctus, si iuxta moderatio nis leges excedat, culpabilis est; quia divina Providentia ordini quasi præjudicat, & forsitan ipsi defuncto, qui in caelestis patriæ quietem jam assumptus nollit in hanc mortalitatem reverti, injuriam facit: Certe cum S. Athanasia (Sancti Regni Dei p. 5. c. 10.) mortem duorum filiorum in templo S. Juliani amare desisset, apparuit illi sanctus hic Martyr, dixitque: Noli deslere, quos Deus fecit in calis regnantes habet, potius lacrymas peccatis tuis impende. Oh utinam hoc monitum profunda cordis imprimere matres, quæ filios, conjuges, qui conjugibus incondito plorant, & infinitis quasi lacrymis inconsolabiliter parentant! Cedendum est Deo, qui ita ordinavit, cedendum est nature, quæ debium hoc ab omnibus indispensabiliter exigit: nec in libertate nostra non fuit nasci, ita sit erit mori. Quid deploramus, quod necessarium & inevitabile est?

8. His prænotatis quæres ulterius, mi Christiane, quæ ergo de causa, & quem in finem comitatus funebres instituantur? Respondeo. Præter plurimas alias rationes insinuat fuit ideò, ut honoretur defunctorum corpora, tanquam habitacula illorum animarum, quæ jam modo cum Christo regnare, aut paulo post regnaturas speramus: Credibile est, majorem fidei partem salvam fore, quia pacificissimi sine Sacramentorum perceptione emoriuntur, & hunc in sensum enunciat Cornelius a Lapide in Apoc. c. 21. Carboliorum longe major pars salvabitur, quia plerique omnes mortui suscipiunt Sacramenta, quæ ex astricto factum contrivum. Quemadmodum igitur amicos & familiares e domibus nostris in alienam regionem ad meliorem fortunam & dignitatem abeunt committuntur; ita, ait S. Ambrosius l. de Tob. cap. 1. defunctis in domum æternitatis proficiscuntibus eandem, ultimamque honorem exhibebimus, idque tanto magis, quia illud corpus, quod nunc horridum ac putridum in terram desoditur, in illa die gloriosum re-

surget. Nunquam audisti, mi Christiane, cur cæmeteria comparentur agris, & agri Dei vocentur? Nimirum ratio est; quia fove semina tritici in agros profodum primo committit, deinde excomplicata fructum fenore revivificat, ita corpus, quod subus terram in pulverem desinit, in illa die una cum gloria meritorum appendice ad vitam & quidem æternam revertetur.

9. Recte quidem hæc omnia; sed in ipso a. quali funeris comitatu quid agendum, quid cogitandum? Cogitanda hæc ipsa defuncti & beate resurrectionis spes, quam de defuncto concipimus! Vis plura? Aperiamus Scripturam! Quando Israelita ex Ægypto in terram promissam itinerabant, sicut Moyses esset Josue, (Exod. 13.) eaque populo in sandapila præferti præcepit. Cur autem? Quæ causa fuit, quæ Israelitæ sanctas Josuepi exuvias semper præ oculis habere debuerant? Percipere responsum doctissimi Speranza scripti sel. pundt. 127, dicentis, id factum fuisse, ut Israelitæ animas in terram avellerent. Notum est esse Scripturam quam ægre a terra Ægypti avulsi sint, & quoties ex itineris tedio reverti vellent; Præterea notum est, quod ipsa Ægypti, argentea & aurea vasa secum asportaverint: Ut ergo iuanibus his mundi divitiis inordinato affectu non adhererent, aut itineris fastidio omnino in Ægyptum regrederentur, judicavit Moyses, expeditissimum esse remedium, si offa S. Josuepi, in fronte exercitus portata, continuo intuerentur. Ea si mi Christiane, hic fructus deberet esse, quem ex funeris allicuius comitatu reportes! Noli garrire, videre, consolari, sed modesto gressu incedens desige oculos in sarophago, qui tibi præfertur, & cogita: ita defunctus post viginti, quadraginta aut sexaginta annorum lætis felicem vitam jam ultimam diem clausit, & hæc eadem fors & mors, quæ hodie istum tetigit, cras me tanget. Quid profuit jam illi divitiæ, agri, sylvæ, prædia & largiundia possessa, de quibus nec teruncius illi remansit? Et quid mihi proderunt? Quid illi jam profuit honores, voluptates, & gustatæ sæculi vanitates, quæ insat fati disparare? Et quid mihi proderunt? Quid illi jam ex omnibus, quæ in mundo habuit, supererit, aut solatio esse poterit, quam pia opera, preces, elemosynæ, jejunia, corporis mortificationes & alia, quæ secum ad iudicium tulit. Et quid mihi supererit? &c. Hæc cogita, & dein inconcussa animi firmitate decerne, quod non amplius in Ægyptum reverti, nec periturus his sæculi divitiis animam inordinate alligare, id est, quod pravas peccatorum occasiones fugere, & eos meritorum thesauros colligere velis, qui, cum aliquando in teretro jacens ad tumulum deportaberis, tibi possint esse solatio. Sic fructuose, sic utiliter comitaberis funera; non enim credis, quantam vim & efficaciam habet consideratio mortis avellendi animos a theatris sæculi crepundiis, & erigendi ad celestia, eaque vera bona.

10. Epilogus. (Sirach-Rancius in hor. Exemp. Ev. 6. r. Conf.) Narratur de archipirata, homine immani, quod, postquam innumera navigia exposuisset, & in profundum, hominibus crudeliter interfecit, demerit, demum naufragium fecerit, inque insulam a tumultuante mari ejectus sit, ubi rapinas, quæ antea in aquis fecit, etiam in terra profectui pererit. Incidit aliquando in piam sacerdotem, qui sancta libertate illi commissa celera exprobrare, & in ferria confessione sibi consulere, æterna supplicia minitari cepit. Pirata paratus rogat suam confessionem excipit, quod dum facit sacerdos, obstupefactus scelereum enormitate reposuit, non habere se facultatem absolvendi a tantis flagitiis, necesse esse, ut Romam pergeret, ibique ab ipso Pirata Vicario remissionem impetraret. Quid pirata? In furias adus extrahit fidem & bonum sacerdotem fanus facit. Dein conscientie stimulis agitatus accessit alium facerdotem, verum cum & ab hoc eandem responsum audiret, hunc crudeliter interfecit. Tertius sacerdos, quem confessoris pirata accesserit, priorum exemplo perterrefactus, invocato divini luminis auxilio, consentit imperit sacram absolvitionem, non alia poenitentia illi injuncta, quam ut per omnes vitæ dies, quoties fies offerret occasio, mortuorum funera comitaretur, & simul ultimam suam horam confiteretur. Peci pirata, quæ iustus fuit, & ecclesiam salubris fuit hæc medicina, ut ille totus quantum mutatus sacrum aeternum in gressu sit, & peracta altera commisionum poenitentia vitam beatam clausisset. Quid dicta superest? Nihil aliud superest, quam monitum illud Ecclesiasticus c. 7. Mortui non prohibent gratiam; id est, stude mortuis exhibere ultimum sepultura honorem, sic illis, & tibi ipsi proderis in vitam æternam. Amen.

In Festo S. Antonii Paduani.

CONCEPTUS LVIII.

Sua, qualisque vigilantia homini in cura salutis necessaria sit, declaratur exemplo gloriosi Antonii Paduani.

Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenierit vigilantes. Luc. 12.

Homo salutis sue invigilans bene attendat ad se: quomodo se habere debeat erga seipsum, erga proximum, & erga Deum.

1. Cum supremus Bellidux subjectis militibus austeritate, qua potest, maxima præcipit, ut ad omnem natum pirati sint, ut rationes ac vigilas accurate observent, ut evaginatos gladios, oneratas fistulas, & ephippias equos diadnoctue in promptu habeant, siquam est, haud procul abesse hostem, cum quo cunctum prælium conferendum erit. Patem in

modum periculis, & insidiis, quæ homini in negotio salutis obvencire possunt, plane magnas, multaque esse, ex eo satis delumitur, quod Christus Dominus in Evangelio frequentissime ad vigilantiam hortetur, per quam nihil aliud intelligitur, quam in rebus animæ exporrecta quadam diligentia ac sollicitudo. Sic conpium hujus rei ineamus, certe inveniemus hæc voculam Vigilare in solis quatuor Evangelistis ad minimum decies Dominico ore fuisse pronunciatam. Hodie præter idemton monuit describit Dominus qualitates hujus vigilantie, & accurate requirit primo, ut lumbi præcingantur, deinde, ut lucernæ ardentes in manibus teneantur, denique, ut momentis singulis adventus Domini expectentur. Per præcionem lumborum subauditur moderatio passionum, refranctio concupiscentiæ, ac generosa tentationum victorias, eaque instructio dirigunt homo, quæ ratione habere debeat erga seipsum. Per lucernas ardentes subauditur homo exemplum ac cura alienæ salutis, eaque instructio dirigunt homo, quæ ratione habere debeat erga proximum. Per expectationem Domini subauditur singularis conatus, ac industria contemplationi mundana omnia, ac corde & animo temper conversandi in calo, eaque instructio dirigunt homo, quæ ratione se habere debeat erga Deum. (Corn. a Lap. in Luc. 12.) Hæc tria puncta bis commendata habet, qui quis ad calum aspirat: Ad calum, inquam, quod vim patitur, & non nisi a violentis occupatur. Absint hic culcitra, absint tympana & tybia, absint vix rosis conatæ! laborandum est! sudandum est! pugnamus est! Hinc anchora, hinc ille vitæ in fine de re fuit admonitus; cum enim videretur feli calo appropinquare, audivit ab Angelo: Ne mo piger hinc ingrediatur, tæ, corate, concenctio vitas sæculi &c. (Jo. Mosch. in Prælo spirit.) Verum quid ago? Cur in disista antiquitatis exemplis excurro? Vix est Sanctorum aliquis in calo, in quo triplicem hanc veritatem liceat luculentius exemplificare, quam ille, cujus hoc die Festum celebramus. Gloriosus Antonius Paduanus, dum fuit naturalium passionum, tentationum omnium, ac infernalium potestatum invictus dominor, oh quam pathetice hominem instruit, quomodo se gerere debeat erga seipsum! Gloriosus Antonius Paduanus, dum corrigendis sæculi moribus, salvandique animabus indefesso conatu se impendit, oh quam pathetice hominem instruit, quomodo se gerere debeat erga proximum! Gloriosus Antonius Paduanus, dum applicandæ Divinae Majestatis glorie totus quantum insudavit, oh quam pathetice hominem instruit, quomodo se gerere debeat erga Deum.

2. Proposita. Dilectissimi, vos alloquor Patres, & Sorores almæ Confraternitatis S. Antonii, nonne huc numero convenitis, ut Tutelari vestro Patrono hodie singulare amoris obsequium exhibeatis? Dico: Nonerit illi gratius obsequium, quam vitæ ejus imitatio; proinde ut partita hæc instructio docebo vos vigilantia

in negotio falutis. Nolo ingeniofa Panegyrii vobis blandiri, fed potius utilitati veftrae providere; que autem major poffet eſſe utilitas, quam ſi vos inſtrumam, qua ratione promereri debeatis feliciffimum illud Divini Oraculi (Luc. 12.) pronuntium: *Beati ſervi illi, quos, cum venerit Dominus, inveniunt vigilantes & Pavete.*

§. I. *Erga ſeipſum, ſtudeat fugere peccatum.*

3. *Confematio. Sine lumbi veſtri praecincti:* Per praecinctioem lumborum, ut dictum eſt, intelligitur edomatio paſſionum, ac victoria temptationum, conſequenter inſtrumentum, qua ratio- nalis homo negotio falutis ſuae invigilans *erga ſeipſum* ordinari, illumque theſaurum cuſtodire debeat, quem habet in anima. Quare ergo theſaurum habuit ſanctus Antonius? Dei gratiam, & primam baptiſmi innocentiam nullo unquam graviore peccato contamiatam; idcirco illi lilia innocens animi inſignia appinguntur. Quare, qua causa ſubeſt, quod ſanctus Vir tam ſimilitatim in creaturas omnes poteſtatem exercuerit, acſi aliquis in terris, ut ita dicam, Vice-Deus fuiſſet? Elementa obtemperant Antonio; incendia ſigno crucis extingit, imbrem ingruentem ab aedificiis fuorum corona uno vocis imperio avertit. Animalia terrae obtemperant Antonio; inter haec ille familiarum animam genuſcere, & Euchariftici Dei praefentiam in confuſionem haereticorum adorare juſſit. Morbi obtemperant Antonio; praeterquam enim quod venenum illaſus hauserit, pedem abſciſum juveni reſtituit. Piceſ maris obtemperant Antonio; hos enim ad audiendum verbum Dei, quod homines audire recuſabant, in litus maris agminatim evocavit. Mors ipſa obtemperavit Antonio; nam, ut innocenter acutatum defenderet, occiſum hominem ad dandum ſcicioris teſtimonium & ſepulchro excitavit. Tacet complura id genus praedicta, & repeto quaſtoponiam cur ſanctus Vir in reſ creatas divinitus quaſi omnipotentiam exercuit? Dilectiffimi, ſcitis utique protroparentem Adamum ante peccatum ſupra omnes creaturas pleniffimum habuiſſe dominium, illudque dein per peccatum perdidit; nunquam ille inobedientiam creaturarum aut rebellionem animalium expertus fuiſſet, niſi ille prior fidelitatem Deo debitam rupiſſet. Igitur Beatiſſimus Antonius animalia, piceſ, morbos, mortem, omneque creaturas fuo imperio ſubjectas habuit, quia hanc ipſam fidelitatem nulla unquam graviore noxa corrupit. Illibatam hanc animi innocentiam tam ſancta ſollicitudine cuſtodivit, ut paraſiſimus fuerit totum mundum potius perdere, quam Deum offendendo eius gratia privati. Indicibile eſt, quanta cum precia totus orcus contra Antonium conſurrexerit, cujus tamen machinationes ille invicta fortitudine conſtanter eluſit: Eam fortitudinem conſuſi demones adeo indigne tulerunt, ut in rabiem acti Antonium ſublimis crudeliter ceciderint, quos ille invocato Mariae nomine in fugam eſſe. Ve-

niſſet aliquis ad Sanctum, qui ſilli totius mundi gazophylacia obuliferet, aut e contrario omnium Martyrum tormenta miniaturus fuiſſet; certe ille nec his, nec illis a Deo, & quique gratia poiſuiſſet avelli, &c.

4. Jam ad te, mi Chriſtiane, ſermonem converte. Edie, qua animi conſtantia tu gratia theſaurum cuſtodis? qua fortitudine lumbos reſtringis, & peccato reſiſtis? ubi ſunt tuae innocens lilia? Eheu! jam dudum marcia, a fera peſſima devorata ſunt! An faltem jam nunc ea eſt inter te, & tentatores demones inimicitia, ut eorum ſuſſigationem & tu habeas pertimeſcendam? Non puro! Dicitur tibi milles in cathedris, milles in conſeſſionalibus, peccatum eſſe malorum omnium maximum, quod certo homo pro lucro totius mundi non deberet eligere, dic, qua fortitudine ad evitandum hoc malum tu ſtudes ſuperare malignas paſſiones, fugere pravas occupationes, devitare periculofa conſortia? dic, qua generofitate temptationibus inimici relaxaris? Ah! quis non ingemſcat? Tam parum homini cure eſt evitare peccatum, ut illud etiam cum ſua committat. Non exaraveſcit offenſi Numinis indignationem, tanquam illa malam eſſe omnibus leviffimum. Reddit ſine omni memoria ad eas occaſiones, & conſortia, a quibus abſtine peccato nunquam abitur, itaque vivitur, aſſi praepeta Decalogi vel eſſent ſublata, vel quomvis quicquid imperio minus attendenda. Praeſertim peccata pure interna, qua in cogitationibus conſiſtant, omnino non curantur; perique ex evanidis mundi amariſſis adeo vim nullam adhibeat vincendis temptationibus, ut ſere idem ſemper apud illos fit tentari, & vinci: Quare? Quia peccatum non eſt timore Domini, ſed mere ex reſpectu humano, aut metu ſupplicii fugient; ſi abſit periculum infamiae, ſi ſecuri ſint de illo: *Nemo ſe videt;* tam impudenter ad nefas prorumpit, acſi ea Deus eſſet, nec infernus, quom pertimeſcant. Olim in paradifo, ut occiſus ſerpens protroparentiſſimum venit fructus perſuaderet, promiſſi ſibi divinitatem: *Evit ſicut Vis.* Jam non opus eſt tam excelſis pollicitationibus, unum blandiloquium, una mentio matrimonii, una conſtatatio amoris facta ab infernali emiſſario tantum valet, ut hac aut illa Deum, gratiam, calum, conſcientiam, virginitatem & innocentiam ſibi ſinat extorqueri. Oh Beatiſſime Antoni! inſunde, oblecto, animis unicum ſuperare lucis radium, ut diſcant peccatum agnoſcere, illudque pro rei gravitate averti. Adeo externa, que proximo ſub oculos cadunt, ut pote qua non ſolum peccant nocere, ſed tota Eccleſiae grande, & vix non, ut ita dicam, irrepairabile detrimentum irrogant. Quare? Quia certum eſt, Judaeos, haereticos & in- fidelios omnes nulla alia re magis, quam ſer- vata Chriſtianorum vita ab amplectenda ſal- vifica Religione detereri. Cum aliſſis Hi- ſpanica

ſpanica (*Mench. cent. 1. cap. 19.*) Anno 1556. in Americam navigans vi tempeſtatum in terram Floridam eſſeda eſſet, Hiſpani immenſos auri theſaurus in litus expoſuerunt, ac Barbari hinc inde adventantibus, quorum benevolentiam captare cupiebant, liberaliter obtulerunt. Iſti neglecto auro ſaecos aſportarunt mirantes texturam hactenus nunquam viſam. Sic ergo pecunia in litore quom mensibus, Barbaris paſſim praeterantibus, intacta jacuit. Poſtliminio Gubernator Ludovicus Velafcus miſit Capitaneum Valliaguam cum navibus, ut theſaurum illum octoginta Educatorum millibus conſtantem aveheret. Avenit, & ecce! indicibile eſt, quantum Barbari illi ſcandalizati ſint, cum viderunt, has naves non alia quam pecunia aſportandae cauſa advenſiſſe; putabant enim, proſtius indignum eſſe, quod Chriſtiani, quibus alterius vitae ſe induitantes ſperare jaſtitant, terrenis ac tranſitoriiſſis divitiis inhabitant. Par ratio ſe habet de aliis vitiis. Cum Judaei, gentiles, & haereticis vident Chriſtianos eſſe indios, rapaces, goloſos, voluptuoſos, & haſticioſos, averſionem non tantum contra nos, ſed contra ſanctam Religionem, qua filios adeo diculcos nutrit, concipiunt, & noſtra Sacramenta tanquam vanas & inefficaces ceremonias contemnunt, ac blaſphemant: Hinc Auguſtinus, tr. 90. in Joan. *Qui male vivunt, & Chriſtiani vocantur, injuriam Chriſto faciunt, de quibus dictum eſt, quod per eos nomen Dei blaſphematur.* Sed de hoc plura in altero puncto!

§. II. *Erga proximum, ſtudeat peccatum etiam impudere in aliis.*

5. *Et lucerna ardentes in manibus veſtris:* Per lucernas ardentes intelligitur bonum exemplum, & cura falutis alienae, adeoque hoc altero Chriſti Domini requiſito inſtruitur homo, qua ratione ſe habere debeat erga proximum, illum inſtruyendo, corrigendo, & ad virtutem adducendo. Oh quam indeleſſo labore S. Antonius ſe totum animarum faluti impendit. Initio quidem humilitatis ſtudio inter inſima culina miſiſſima erat abſtruſus, ac ubi, ſic dirigente Deo, in generalibus Ordiniſſis Comitibus Forolivi nemo alius ad dicendum paratus aderat, juſſus eſt Antonius ex tempore verba facere: Et fecit? Omnino & eaquidem eloquentia, ut una eſſet rotas Auditorii vox: *Nunquam ſe locutus eſt homo.* Quis Antonium quaſi in momentotam excellentem Oratorem fecit? Reſpondeo cum Surio, in Vita S. Ant. *Ubi Spiritus Sanctus Magiſter eſt, facile diſcitur, quod docetur.* Deinde ubi publica conſonantia provincia illi demandata fuit, quis explicet, quam innumerabiles animas & via perditionis in ſemitam falutis adduxerit? Nunquam Oratorum aliquis tanta populi frequentia peroravit, velut diviniſh Ecceſſitates, ad quem audiendum innumera multitudi conſuebat: Surgebant intempeſta nocte itinerantes per multa millia, ut alii alios

praerterent, cumque templorum parietes confluxum non capiebant, in publico campo ſuggeſtus dicenti erigebatur: Ibi tanta attentione audiebant, ut inter triginta, & amplius hominum milli, quom benevolentiam non benevolentiam motu in mundi ſecula detulerit, auditorum lacrymaz, exomologoz, ac flagella, quorum uſus ab eo primam inſtitutus creditur, ſatis teſtantur. Erat tunc temporis Italia victorum omnium ſentina: Nobiles ardebat inimicitias & implacabile odio, quo niſi ſanguinem, & vindictas ſpirabant: Plebs invigilabant uſuris, injuſtiſſis ac mutuis oppreſſionibus: Juventus in foeda libidinis fordes erat demerſa: Antonius autem per pagos, per oppida, per urbes nullis moleſtiis, nullis periculis deterretis excurrere hanc ſeculeram harum in Chriſti orile convertit: Quinimo & abſens non infrequenter peccatoribus vitiom ſomno demerſis noctu apparuit, eoſque de falutis periculo commoſitos ad conſcientiae expiationem adhortatus eſt: Surge Petre, surge Joannes, surge Catharina, surge Agatha, & peccata conſitere! &c.

6. Quid ad noſtram doctrinam exinde eruat in peccatum idolomaniae turpiter prolabi, Deique Maſtatem graviffime offendi cerneret, juſta indignatione exardeſcens, decrevit idololatrias ſerro ac morte punire, eumque in ſinem tribum Levi ad ſe vocatum gladiis armavit, inquam: *Siquis eſt Domini, jungatur mihi.* (Exod. 32.) His ipſiſſimis verbis videtur mihi S. Antonius Fratres & Sorores ſuae almae Contra- termitatis alloqui: Siquis eſt Domini, jungatur mihi, id eſt ſiquis tangit tot injuriarum gravitate, quibus Divina Maſtetas a ſclerato mundo quotidie laceſcitur, operam mihi conferat, & ad extirpanda ſclera verbo, exemplo, & praevium omnium contentione collaboret: Praeviae autem haec verba loquitur ad patres & matres-familias, qui ex vite ſuae inſtituto plus caeteris tenentur tam ſibi, quam ſuis ſubditis a peccato praecavere. Hanc praecautioem tenentur in primis facere exemplo, id eſt, vita quam optime morata, & a gravibus noxis aliena; ſunt enim in domo ſua inſtar regule; haec ſi diſſorta ſit, quomodo aedificum erit rectum? ſunt in domo ſua inſtar aeris, hic ſi peſtilens ſit, quomodo populus erit ſanus? ſunt in domo ſua inſtar virgularum Jacob, haec ſi verticolores ſint, qui ſeri poterit, ut ſubditus oves non ſiant maculoſae? Deinde tenentur ſe peccatis opponere voci, ac virtum omnium contentione, conſequenter ſi in domo ſuſpectum aliquid advertant, ſi ſciant filium, aut filiam, famulum aut ancillam in hac aut illa vitia propendere, frequentare alios, aut frequentari ab aliis minus honeſtis, va tali patri- aut matri-familias, ſi correptionem ſeriam non faciat; peccata omnia in caput illius reduci ſolent: Sicut enim archiater, ſi parulenta carcinoma non ſectet, agro mortem conſtituit,

ita, ait Seneca, in Prov. qui praesentibus culpis ignoscit, vitia transmittit ad posterum. Quare? Rationem fundamentalem assignat Bernardus, l. 3. confid. inquiens: *Impunitas est incuria soluta, insolentia minor, radix impudentiae, & transgressio minoris auctoris.* Quapropter, quae causa subest, quod impius Abfalon ausus sit contra amatissimum Patrem rebellare arma arripere, illique regni excidium, coronae iacturam, ipsamque mortem machinari? utique ex antecedente Ammonis fratricidio, quod commiserat, debuisse caution fieri, quia parvis indignationem, & severam castigationem satis erat expertus? Ohe! de qua castigatione ego loquor? In tota Scriptura non legitur, quod Rex David filium Abfalonem ad commissam fratrem eadem auctore verbo, aut verbera corripuerit, quinimo legitur potius, quod eum paulo post in gratiam receptum amicitium osculo amplexus sit: Haec ipsa igitur conniventia Abfalonem magis magisque licinorolus fecit, etique ad insulam rebellionis clasticum animos addidit. Ita fit, ait S. Chrysolomus, Homil. de Abfalon. *Semper scilicet, dum non resuscitant, incrementum, & in augmentum factorum proficiunt, quoties secula impunitate peccatum.* Agite Christiani patres-accusantes familias, sancto vestro Patrono operam conferte, ubicunque occasio se obtulerit, peccatum in filiis, in subditis, in domibus vestris extirpare satagite. Oh quam cito reformatur integer orbis, si vos hac ex parte vestrae obligationi non desistis! &c. Neque gratis id a te peto, mi Christiane, quia ex correptione hominis seclerati tuamet felicitas & benedictio divina dependet; nihil enim est novi, quod iustitia divina propter aliquot peccatores, qui in tua domo, aut tota aliqua communitate degunt, etiam iustos & innocentes eadem calamitate puniat. Filii Patriarchae Jacob (*Gen. 42.*) tempore famis, quae patria sua afflictabatur, veniebant in Aegyptum, tristitiam coarctati: Sedebat iam tunc in regali solio frater eorum Ioseph, qui omnibus perbene noverat, non tamen vicissim ab his notebatur. Vocatos illos ad se duxit habuit, et exploratos vocavit, tribus diebus illos in carcerariis praecipit. Sed quare? Quia proditorio facinore ab his in servitium fuit venditus. An ergo aequissimus Ioseph vindictam spirabat? Non vindicta, sed iustitia erat, ut plecleretur scelus. Si autem iustitia fuit, cur omnes indiscriminatim fratres plecleruntur? an omnes erant proditorum criminis rei? Plane non; Ruben enim coarctus, quo poserat, maximo nitentibus liberare eum de manibus eorum. An nihilominus etiam Ruben in carcerem detrusus fuit? Omnino etiam iste. Sed cur innocens? Oh quam praecelare respondet Cornelius a Lapide, in *Genes. 42. Et in omni sua venditione est innocens, & tamen committitur ei cum fratribus reclusio: & hinc et affligitur ipse eis.* En! mi Christiane, etiam si piam ac iudabilem vitam degas, nihilominus iusto

Dei iudicio iisdem suppliciis, quae Deus supra peccatores tecum in eadem domo aut communitate versantes decernit, involvi etiam innocens poteris. Tua igitur interest virtutibus omnibus ad id collaborare, ut peccatores emendentur, & ad frugem reducantur. Jam ad tertium!

§. III. Ergo Deum, fatigat molierem eius gloriam promovere.

7. *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.* Quemadmodum famuli, qui in momento singula adventum Domini praeholantur, arrectis auribus adsunt, & nullatenus suo, sed unice Domini negotio, intenti sunt; ita per hanc expectationem in sensu morali intelligitur singularis industria mundana omnia averfandi, & unice Deo placendi, consequenter hoc tertio puncto intruitur homo salutaris suae studiosus, quae ratione se habere debeat erga Deum. Oh sancte Antoni! jam commoda mihi tuam sacrosanciam, & corruptionis immunem linguam; neque enim alia, quam tua par est tuis laudibus depradicandam. Id si mihi praestiteris, dicam meis auditoribus, qualis fueris erga Deum dicam, quod, licet nullius noxae gravioris unquam tibi laeris conficius, tamen, ut animam magis, magisque Deo placentem redderes, in horridi montis speluncam secesseris, ibi veterum Anachoretarum austeritatem aut renovasti aut superasti, ibi eventus flagrorum laentis vel ipsa laxa ad commiserationem commovisti, ibi profusus lacrymarum imbribus terram inundasti. Dicam, quod licet per Italiam, Galliamque innumerales animarum conversiones feceris, nihilominus immenso divinae gloriae tulo inardescens totum mundum convertere desideraveris; ideo in Africanas solitudines, ipsamque Marochinam evolvere voluisti, ut gentibus illis Mahometana perfidia deceptis aut Episcopatum aut sanctimoniam daret; inopes, prope nulli Diocletianos, mille Nerones, ut per exquisitissima Martyria occasionem haberet tuam erga Deum charitatem demonstrandi &c. Verum quid his proluxe immoror? Qualis Antonius fuerit erga Deum, nullo argumento solidius potest demonstrari, quam ex diverso explicando, qualis Deus fuerit erga Antonium: haec enim adeo correlativa sunt, ut Angelicus Doctor in Hymno Corp. Christ. in illo Ecclesiae Hymno indubitante Deum alloquatur: *Sic nos tu vivas, sic erit te colimus.* Sicut speculum non illiberalis refundit radios, quam receipt; ita Dominus Deus vicissim magnificare studet homines sanctos, a quibus ipse magnificatur. An non magnificavit Deus Antonium, cum illi item divini Spiritus charisma, quod olim Apostolus, contulit, ut ad populum dicens omnium nationum linguas intelligeret? An non magnificavit Deus Antonium, cum illi licentiam superam insudavit, cujus arcana conscientiarum intime suspensa

ta habuit; ita enim illis scariis, qui sub specie amicitiae ad illum occidendum adveniant, proditoriam machinationem aperte exprobravit. An non magnificavit Deus Antonium, cum ei suam providentiam, & futurorum agnitionem in sublimi gradu communicavit? ita enim vitae suae admodum probatae Notariorum in platea sibi obviantem profunda veneratione coluit, indignanti autem, & lasum se fieri existimant praedixit, ipsam illustrem Martyrem pro fide moriturum; quod & factum est. An non magnificavit Deus Antonium, cum illi miram contra infernales spiritus potentiam dedit, adeo, ut vel sola oris insufflatione, aut solo vestimenti tactu tentationes, & carnis stimulos extinxerit? An non magnificavit Deus Antonium, cum illi magna ex parte suam immensitatem contulit, adeo, ut non una vice in duplici loco simul in Lusitania, & Italia, simul in choro cantans, & in suggestu praedicans fuerit visus? An non magnificavit Deus Antonium, cum ejus linguam miro prolixo prodigio incorruptam, & caelesti odore fragrantem jam per tota saecula conservat? An non denique magnificavit Deus Antonium, dum eum innumeris miraculis coruscantem fidelibus pie illum invocantibus in corporis & animae periculis commune refugium & auxiliatorem constituit? &c.

8. Superfedeo fusorem huius rei catalogum pertexere, & ad te, mi Christiane, conversus iterum interrogo; qualiter & tu te habes erga Deum? Dic, quoties tu in solitudinem recessisti, ut ibi nocentis mundi crimina, quibus divina Majestas quotidie offenditur, amarum lacrymis desleres? Dic, quoties corpus tuum flagris pro tuis aliorumque offensibus satisficere studuisti? Dic, quoties ardentibus desideris expectisti, ut peccatores ad penitentiam, insidiales ad salvificam fidem converterentur? Scis utique, tenemur omnes cogitationes, verba, & opera ad Deum dirigere, verum quoties quique est, qui haec obligationi vel dimidio faciat satis? Oh quot Christiani sunt, qui tota septimana millies de oribus & bobus, de equis & armentis, de agris & sterquilinis cogitant, de Deo autem nunquam, nisi cum forte blasphemant. Oh quot Christiani sunt, qui tota septimana ad jocos, ad nugas, ad insulsa diceria, ad detractiones, ad turpiloqua sermonem ordinant. Gredo, si moriantur, eorum lingua non tantum non erit incorrupta, sed praeter omnibus foribus identidem eam circumvolvunt. Oh quot Christiani sunt, qui in actionibus suis quotidianis mere lucra temporalia, & fortunarum augmenta, prorsus autem aut nunquam Deum, nunquam ejus beneplacitum, perquam amplificationem divinae gloriae per puram sanctamque intentionem querunt. Eheu! nimis pauci lunas erga Deum. Si de unico opere supererogato

gatorio, hoc est, tali admonemur, quod sub peccati reatu praecipuum non est, statim obicimus insulsum illud: *Non tenet!* Evidentis homo, qui secundum commuenum mundi stylum victiatur, non vult sibi vim inferre, ut amore Dei unicam tentationem superet, unicam consortium periculum declinet, unicam occasionem lucri injusti negligat; quid mirum deinde, quod vicium Dominus Deus erga nos parcissimus, ac prolixus illiberalis exiit, ne unum quidem confendo beneficium, quod prolixis precibus sollicitamus? Nil dicam de eo, quod ipsum nostris peccatis laepe liberalitatis ac beneficentiae Dei obstatulac ac repagulum poanmas.

9. Populus Israel quondam contra Philistaeos in praelium progressus est, sed infelici successu, quippe quatuor armatorum millia in arena probuerunt, ceteri fuga sibi consulerunt. Lamentantes igitur, & ad Deum clamantes Israelitae jubebant Arcam Domini afferri ex oppido Silo, quam aliis vicibus contra hostium persecutores prodigiosam sibi auxilium contulisse sciebant. Allata est Arca, illicque novum praelium animato adunarunt, sed infelicioque quam antea forte; quippe ceteris in fugam dispersiterum triginta Israelitarum millia caesa sunt, & ipsa Arca capta, ac in alienam finitorem regionem abducta est. Deum immortalis! quae causa fuit tanti infortunii? Respondeo ex communi sensu sanctorum Patrum. (*Calmet in 2. Reg. cap. 4. v. 3.*) Israelitae tunc temporis erant impij, videlicet luxuria, insidulitatis, & idololatriae dediti, consequenter hac gemina clade edocebantur, quod peccatores eo ipso, quia Dei hostes sunt, nullam benedictionem divinum, ne quidem per Arcam, quae alias in eustulmodi necessitatibus, ut in obditione urbis Jericho & in omnibus Josue praeliis, mirabilem ipsi operam contulit, sperare possint ac debeat. *Legis transgressores, ait quidam Auctor citatus a S. Augustino, l. 2. c. 7. extat. T. 3. Aug. legi transgressores non sperare possunt.* Applicemus hunc Scripturae locum ad nostram materiam. S. Antonius Paduanus a Gregorius IX. summo Pontifice, ap. Pauleti hoc fest. num. 2. vocatus fuit *Arca Testamenti*. Oh quam innumera tam corporis quam animae beneficia miseris mortalibus hac Arca contulit! Ceterorum Sanctorum prodigia recenseri, sancti Antonii autem ne quidem numerari possunt. Si ita est, ingemiscit nonnemo, cur ergo beneficam gloriosi huius sancti opem non expectat? Jam tot & tot anni luit, ex quo in mea infamitate, in mea paupertate, in damno rei familiaris suppliciter illum invocoo, ut corporis sanitatem, panem pinguiorem, & bonum amicum a Deo mihi impetrare dignetur, & non exaudiatur. Quae causa huius rei? Mi Christiane, quid miraris? Causam non extra, sed intra te quaere. Ingredere conscientiam tuam, & vide, an non male tibi cum Deo tuo conveniat? Forsitan idolum injulitiae, idolum inveteratae inimicitiae,

titix, idolam luxurix & alia in corde tuo erecta invenies: Et si ita sit, tam parum tibi proderit Antonius, quam Arca profuit impiis Israelitis. Quid ergo agendum? Prius per contritionem peccata effluenda sunt peccata ex animo, curandamque est; ut, siquidem animam velis habere Antonium, prius amicus Dei esse studeas. Cape consilium, quod tibi pro corone suggero!

10. *Epilogus.* Magnanimus David fugiens forerit vi Saul invidias venit ad somum sacerdotis Abimelech, & quoniam cum suis comitibus ex itinere lassus ac famelicus erat, pro ea, qua vigeabat, humanitate a sacerdote epulas & vitæ subsidia rogabat. Notate autem loquendi modum, quem supplex David usurpabat: *Si quid habes ad manum, da mihi.* (1. Reg. 21.) Eundem orandi modum vobis, Christiani mei, singulariter hodie commendo: Clamate ad S. Antonium: *Quid habes ad manum, da mihi.* Quid ergo habes ad manum? Videtis in omnibus Sancti huius imaginibus, quod divinum Pasionem in manibus gesserit: Ante omnia igitur rogare, ut Deum, id est, divinam gratiam vobis conferat, eamque per sacrosancta Exomologeseos, & Eucharistia Sacramenta imperare fatigat, & cetera omnia, que petitis, adiacentur vobis. De cetero autem ab hoc templo non recedite, nisi concepto serio proposito, deinceps solidam ac indefessam salutis vigilantiam animis vestris impendendi. Hac veto salutis vigilantia in eo consistit, ut ad exemplum gloriose Antonii bene attendamus, quomodo erga nos ipsos, quomodo erga proximum, quomodo erga Deum nos habere debeamus: erga nos ipsos, debemus *sanctos praecurare*, id est, inimicas passiones suppresserit. Erga proximum, debemus *lucernas ardentes in manibus tenere*, id est, bono exemplo præluere, & aliorum etiam peccata pro viribus impedire: Erga Deum denique, debemus esse *similes hominibus expectantibus Dominum suum*, id est; Dei mandata, ad nutum observare, & potius omnia totius mundi mala perpeti, quam unam divinam Majestatis offensam deliberate admittere. Id si feceritis, digni eritis, quibus Taumaturgus Antonius omnia, que petitis, tam corporis, quam animæ beneficia a Deo exoret, & demum felicissimæ illius promissionis participes reddat: *Beati serui illi, quos, cum venerit Dominus, si invenierit vigilantes.* Amen.

In Feste S. Viti Martyris.

CONCEPTUS LIX.

De pretio animæ, ex quo concluditur opera misericordix spiritualium præstare corporalibus.

Si quis venit ad me, & non odit -- animam suam, non potest meus esse discipulus. Luc. 14.

S. Martyr Viti animam præ omnibus temporalibus estimavit.

1. **E**O tempore, quo juvenis Christi athleta Viti infidelem, ingratumque genitorem, quem Christi virtute a cæcitate oculorum paulo ante sanaverat, Angelo duce fugiens in Italiam venit, factum est, ut Diocletiani Imperatoris filius a malo demone occuparetur. Ad hoc quidem gentium sacrificiis obsequio opem latius: verum immundus spiritus inhumanus & exultans alta voce respondebat, non se ex hoc loco habitaculo, nisi ad mandata Viti, abiturum. (Sur. Lucif. Ribaden. Op. cit. 15. Jun.) Ubi ergo moratur iste Viti? Reposuit Spiritus: Moratur ad ripam fluminis Siler in loco, quod *Allectorium* vocatur. Mittit ergo Imperator Centurionem cum militibus, qui sanctum Juvenem undique conquisitum una cum Modesto ejus morum magistro, ac itinere socio Romam adduxit. Miratus Imperator frontis & oculorum serenitatem, et quibus divinæ gratiæ fulgor emicabat, interrogavit Juvenem, haberetne potentem, infernalem inimicum, & quo filius ejus miserandum in modum alligeretur, expellendi? Non mihi, aiebat Martyr, sed Christo Domino, cujus indignum famulum esse profiteor, hæc facultas competit, simulque sileo terribiliter ejaculanti appropinquans manus imposuit, invocato que Divinæ Trinitatis nomine stygium inferorem in momento expulit, & eiecit. Vilo hoc prodigio difficile dictu est, quantum Diocletianum in sancto Juvene sibi complacuerit. Age Dilectissime, aiebat, quid ignobilis Christianorum Deo in cruce mortuo adhæres? Deos meos sequere, & ego Imperatoria auctoritate tibi respondeo, ac juro, quod beatum te facere, auro argentoque locupletare, & singulari cum favore in intimam familiarium amicitiam recipere velim. Quid Vitius ad hæc? Restitit, recussit, contempit thesauros ac dignitates? male se cum Christo pauperem, quam cum Diis scelestatum vivere. Ergo a blanditiis ad tormenta ventum est. Diocletianus jubet S. Martyrem in obscurum carcerem detrudi, & paulo post, quoniam iterata monita nihil proficiebant, in amphitheatro parris & leonibus objici: Verum quia ferocissima animalia sancto Juveni mansuete blandiebantur, & pedes lambebant, Imperator omnibus feris ferocior præcepit illum in equo tam crudeliter torqueri, ut laxatis membrorum jun-

Qu-

De pretio animæ.

cturis sanctus Juvenis, postquam terribili exortu tempestate, & terræ motu ab Angelo cœlestis missio liberatus est, paulo post sanctissimam animam efflavit. Quid eruo ex hac narratione? Nihil aliud, præter illud, quod gloriosus Martyr æterna animæ bona bonis corporalibus & transitoris, id est, divitiis, dignitatibus, voluptatibus, & Imperatoris favori incomparabiliter præferarim, malueritque integrum mundum, ipsamque vitam, quam animam perdere. Sicque aniam capio ceptam materiam prosequendi, & ab operibus misericordix corporalibus transcendendi ad opera misericordix spiritualia.

Plus igitur opera misericordix spiritualia quam corporalia estimanda sunt, quia anima corpore longe præstantior est.

2. *Propositio.* Hodie sermone quasi præliminari ostendendum est, opera misericordix spiritualia tanto esse præstantiora corporalibus, quantum anima præstat corpore. Quomodo autem & quare anima præstat corpore? Rationes dabo. Et, videtur huic dissertationi etiam concordare Evangelium, ubi divinus Magister requirit, *Signis venis ad me, & non odit animam suam, non potest meus esse discipulus.* (Luc. 14.) Quid est odisse animam suam? Est prudenter amare, resistendo intransitus illius cupiditatibus, quibus res terrenas, inanes, transitorias & inultis perperam affectat. Et in hunc sensum ait S. Augustinus, tract. 15. in Joan. *Si male amaveris, non odisti, si bene adersis, tunc amasti.* Færet!

3. *Confirmatio.* Non infacies eos, opera misericordix corporalia sunt magis quæ Deum meriti, utpote que divinus virtutum, & mortuorum Judex in illa decretoria die, tanquam si bi facta coram universo orbelandaturus, & ad præmium vocaturus est, inquit: *Elusivi & dedisti mihi manducare, sivi, & dedisti mihi bibere, & que sunt sequentia.* Nihilominus extra dubium est, opera misericordix spiritualis, que proximi non jam corpus, sed animam concernunt, & Deo gratiora, & majoris meriti esse, dicente Alexandro Alensi, in summa p. 4. tit. de Elec. *Exemplum spirituales sunt digniores corporales.* Rationem asserti unice fundamentalem subnectit S. Vincentius Ferrerius, serm. Domin. 4. post Trinit. *Quia anima plus valde, quam corpus. Cum igitur, mi Christiane, per opera misericordix corporalia saltem tam operari desideras, multo magis id præstabis bene consulendo, afflictos consolando, & que sunt alia; quia Deus interpositi sua auctoritate promittit, (Pec. 5.) quod, qui contrariis fuerit peccatorem ab errore via sua, salvabit animam ejus a morte, & consequenter etiam suam; audi enim & oblitescere, mi Christiane, quam præstolum thesaurum tibi compares, si animam salves?*

4. In primis humana animæ dignitas ex eo elucefcit, quod fragilis, carnea, ac mortali corpori non aliam in finem alligata sit, quam ut illi domineatur, & intransitus illius affectus retineat: Subter te sit appetitus tuus, dixit olim Deus ad Adamum, & aequi dicit potest ad animam respectu corporis, adeoque corpus ad animam se habet sicut capsula ad unguentum, sicut pondus ad horologium, sicut fumum ad ductorem, *Fili, serva animam tuam, & de illi horam secundam merum sumo, sit Rex sapientiam, & regem Sapientissimus.* (Ecc. 3.) In quo ergo consistit honor animæ? In hac, quod corpori leges præscribat, & si illud rebellare, si petulicite, si extra semitam mandatorum exorbitare, si oculis ad pudendos aspectus, si ore ad intemperantias, si lingua ad scandalosus discursus, si manibus ad furta & injustas lesiones, si pedibus ad querendas pravas occasiones, si sensibus ad Dei injurias abuti velit, illud castigat, coerceat, & ad virtutis tramitem reducat. Oh quam irreparabile damnatum, & æterne damnationis periculum incurrit homo ille, qui excessu pulcherrimo ordine corpus supra animam dominari, eamque, quo sensuallibus præsit, duci permiserit! Cum area vederis quondam e domo Aminadab in arcem Sion transferri debuit, praefixo imposta a gominis bobus vehebatur. Ubi ventum est ad arcam Nachon, boves cessit, & arcam in periculum lapsus adducere cepit: Adluit ergo Oza Levitarum primipilas, eamque titubantem, & ad lapsum pronam tenuit ac firmavit. (2. Reg. 2.) Et ecce! iratus Dominus percussit eum super verticem, & quia mortuus est ibi supra arcam Dei. Bone Deus! quid mali fecit? In quo deliquit infelix Oza? quam temeritas injuriam intulit sanctuario? Sacri interpretes in diversas abeunt opiniones, quarum communissima illa est, Ozam in eo peccasse, quod arcam, quam visus hic numeris ex officio portare debuisset, ab irrationabilibus brutis vehi permiserit. Per arcam ad mentem Lyran in 2. Reg. 6. intelligitur humana anima, quam homo Christianus tanquam Dei habitaculum a Deo condidit, a Dei Filio redemptum, a Spiritu sancto sanctificatione caute, tante, ac circumspicte ad arcem Sion, id est, ad æternæ beatitudinis patriam portare debet. Quodsi illam ab irrationabilibus brutis volo dicere, a brutali corporis appetitu duci permittat, quæ alia hujus temeritatis pena merenda restit, quam mors & quidem sempiterna? Væ animæ, qui corpus dominatur!

5. Alterum fundamentum, ex quo nobilitas humanæ animæ desumitur, illud est, quod non ad inanes hæc mundi nugæ, non ad corporis delicias, non ad obsequium terreni alicujus Principis, non ad famulatum supremi Cherubini, aut Seraphini, sed ad Deum facta sit, qui unicus est illius scopus & finis. Circumspice, quidquid mundus pretiosum habet, collige in unum cumulum omnes dignitates, quæ semper Dei homines in regum solis aut Maxima-

num subfelliis unquam eminerunt: Collige in unum cumulum omnes divitias, & auri argenteique thesauris, quibus unquam Salomonis & Croesi abundavit: Collige in unum quasi cumulum omnes delicias, symposia, compositiones, musicas, tripudia, comedias, aliasque oblectationes, quibus unquam mundi trosculi frui sunt: Si hac omnia simul sumpta tibi darem, mi Christiane, an putas, animum tuum satiatum iri? Revera non! plenus tadis & fastidiis feres cum Alexandro, qui, cum integrum mundum distanti suae subiecit, indoluit, non esse altitum, quem vili armis subjigaret. Quae autem causa hujus rei? Imaginare tibi hominem famelicum, qui a bi duo, aut triduo jejunus vellet victulos jam & boves devorare; dic illi, ut aerem seu ventum deglutiret: An satiat? Nihil minus; quia, cum aer & ventus non sint cibus proportionis corpori, saturitatem afferre non possunt. Par ratio se habet cum anima, cuius appetitum terrena omnia non faciunt. (*L. h. h. bib. Tit. Regimen. §. 8. num. 11.*) quia sunt aer, sunt ventus, sunt mera inanis vanitas, desiderio, ac fami animi nullo modo proportionata.

7. Quarta ratio, quae humanae animae dignitatem nobis ante oculos ponit, est ipsa aeternitas, quae infernalis inimicus in animam fertur; hac enim collimat omnes illius conatus, ac molimina, ut illam suam faciat. Quae causa est, quod illiissimum, impositum in mundanis voluptatibus solum ostendit, quod delectat, occultat vero, quod cruciat? Quae causa est, quod peccatorum divinum Misericordiam mirum quantum extollat, & liberatem hominis, sciam conversionem semper in sua potestate habentis, exaggeret? Quae causa est, quod inventeratis, & in mundanas voluptates demersis peccatoribus semper spem longioris vitae faciat? Quae causa est, quod tentationes, & deceptiones suas plerumque sub specie pietatis oppellit? Quae causa est, quod blandiendo, decipiendo, tentando, insidians nunquam lassetur? Quae causa est, quod varias figuras indutus sancto Hilariio ut gyrus, S. Antonio ut vesper, S. Ammonio ut pastor, S. Apelli ut compta puella, S. Elfrido ut ursus, S. Dominico, ut simia, S. Ignatio ut serpens, S. Benedicto ut merula apparuerit? Quae denique causa est, quod hominibus viliissima, abjectissima, & laboriosissima obsequia praestiterit, prout tempore Matthaei Bassi Venetiis Advocato sub specie siniae servit? Profecto hujus tam operosi conatus deum non alium suum & scopum habuit, quam ut animas in sua retia, & tandem in aeternam perniciem pertrahat. Deus meus! quam crasse igitur delirat, qui infernali lycophante animam pro vili, & foeda nonnunquam voluptatula vendit! Indoluit Seneca, Platonem Philosophum praestantissimum solum octo selertis & captivitate fuisse redemptum, iniquens, tanti nominis virum integro talento debitum admirari; & quis non doleat, animam longe vilius haberi! (*Sign. Hom. Christ. p. 2. dist. 1. n. 12.*)

8. Quinta ratio, quae nobis demonstrat, quam

pretiosa sit anima, est grandis aestimatio, quam homines sancti, Divini Spiritus luce vere illuminati, erga illam habuerunt. Ingreddiamur Scripturam, Beata Magdalena, postquam diu vanitati fervierat, concionibus Divini Salvatoris conversa, facta est penitentium exemplar: Cum Christus Dominus in domo Simonis leprosi convivium ageret, non erubuit illa, ut fuerit nobilitate, & divitiis praepotens femina, laxatis crinibus, undantibus oculis, & vi habitu in domum illam festinare, & ad pedes Domini genando, ac plorando sese abjicere. Laudo animi fervorem! Verum videamus, ut Bigitze re-elavit, carceres, flagra, spinas, & ipsam mortem de novo esse subituros! &c.

10. *Etiologia.* Jam ad te, mi Christiane, orationem convertito. Si tam pretiosa est anima, quia supra corpus, & ejusque cupiditates dominium tenet; si tam pretiosa est, quia ad Deum tanquam finem & scopum suam creata est; si tam pretiosa est, quia immortalitate sua ipsi aeternitati coeva est; si tam pretiosa est, quia ab infernali inimico, ab hominibus sanctis, & ab ipso Christo Domino super omnes mundi thesauris amatur, & aestimatur; nonne & tua est obligatio, ut ad Dei beneplacitum pro lucranda proximi tui anima viribus omnibus labores? Selo, magna est tua charitas, magna misericordia, qua proximo in necessitate constituto corpore tenus succurris; & verum equalem, & majoris longe meritis est, spirituales proximi necessitatem avertere, eique, si in peccato, in errore, in ignorantia, in animi anxietate, in damnationis periculo versetur, auxilium praestare. Oh sacri Oratores! vestrum est, ut in publica vita, & morum corruptelas discreto zelo, & fervore invehamini. Oh magistratus & Superiores! vestrum est, ut, quod sacri Oratores verbo, vos opere facitis, & in populo peccandi licentiam commensualis supplicis exerceatis. Oh Parentes! vestrum est, ut filios & filias, ex caco juvenutis purituri in viam perditionis assulos, ad semitam salutis revocetis. Oh patres & matres-familias! vestrum est, ut animas famulorum, ancillarum, domesticorumque omnium, qui curae vestrae crediti sunt, verbo, opere, exemplo, correctione, & castigatione lucrari fatagatis; quae enim vestra excolutio, si facere id negligitis? Cum operis misericordiae corporalia vobis suadeo, potestis obtendere propriam pauperum, & impossibilitatem, dicendo: Nihil habeo, & elurientes pascam: nihil habeo, & quod potum praebam sitientibus: nihil habeo, quod nudos operiam; nihil habeo, quod peregrinos suscipiam, & quae sunt familia; verum cum opera misericordiae effluxit aunos, prout annotat Oleaster, in e. 19. Exod. eod. quo similem Israelitarum numerationem Deus mandaverat: *Quid est, quod eam crebro numerat? cur iterum eos computari vult? Ita querit hic Auctor, sibi respondeat: Sicut u-*

9. Denique sexta, & aequae efficacissima ratio, quae nobis pretium animae commendat, est grandis amor, & aestimatio, qua Deus erga illam affectur. Deus quidem ita dilexit animam, ut Filium suum unigenitum dederit; & hic Dei Filius, quid sibi reservavit, quod pro anima dedit? Fuit Deus sapientissimus, hanc autem sapientiam, ut ita dicam, pro anima obtulit, dum incarnatus in blasphemum & vilem in fantulum migravit. Fuit Deus potentissimus; hanc autem potentiam pro anima dedit, dum submissis & catenis ligari, incarcerationi, ac damnari voluit. Fuit Deus a caelo & terra adoratus; hanc autem honorem pro anima amisit, dum in inferi seductoris, deceptoris, & impostoris accusatus & condemnatus est. Fuit Deus immortalis: hanc autem immortalitatem pro anima posuit, dum in mortali corpore colophosus, lutes, verbera, vulnera passus tandem amarissimum mortem obiit. Quid ultra? Deus praecipit olim Moysi, (*Num. 1. Exod. 33. Num. 26.*) ut numeraret filios Israel, qui necdum praecipitum ideo valde mirabile, quia necdum spiritus familia a te requirunt, an eandem exculationem praestare poteris? an dicere: Non possum errantes corrigere; non possum ignorantes docere; non possum dubitantibus bene consulere; non possum pro vivis & defunctis

ora-

orare, & que sunt alia hujus generis opera... Revera illis & illis, si talia obtendis. Age ego, mi Christiane, vires tuas omnes impende, ut per bona opera tam corporalia, quam spiritualia certam tuam electionem facias; nam, prout loquitur Seraphicus Bonaventura, Diat. fal. tit. 7. c. 4. Duo officia facit pietas in celo, qua sunt duplex misericordia; scilicet corporalis & spiritualis. Oh sancte Juvenis Martyr Vite! ora Deum pro nobis, ut hanc veritatem penetrant, ac profunde agnoscamus! Amen.

In Fests S. Joannis Baptista.

CONCEPTUS LX.

De primo Opere Misericordia spiritualis, quod est, Errantes corrigere.

Quis, putas, Puer iste erit? Luc. 1.

Joannes exprobravit Regi Herodi incensum adulterium.

NOVUS & plane inexpectatus olim Conciliator in aulam Herodis venit, & in faciem adulteri Regis sic exoritur: Venio ex eremo ad aulam, quia a sanctae austeritatis exercitatione huc ad iustitia tribunal me supremi Numis mandatum monitore excivit! Quis, o Rex! quo fine? Dicam! Ut, postquam e regni tui sinibus, scis ipse, ejus vicio, ejecta est pietas, saltem iustitiam conferres? Estne procul hinc Hydra omni peste nocentior, quae te exspectat Herulem! In dies auguetur malam, & non jam vulgi lacinis, sed & his etiam Procerum purpura venenosa lues aspergitur! Quid circumspicis? Aenigma audis? Loquar explicatim! In regno tuo plenis furis dominatur libido, perit innocetia, exulat in juvenibus pudor, in adultis modestia, labefactur conjugum fides, crebrescunt flagitia, convolvitur sine rubore ad pudenda facinora, frequentantur scortationes & adulteria, rapiuntur Proferpina; quis incestuosus Pluto regale solium tenet! Ringeris? expallecis Rex? Sentis in te amari philippicam? In te armatur? Sentis in te reserari subditorum impietatem? In te re funditur? Sentis adesse, qui tua audacter dargant scelera? Adest! Non licet tibi habere in carcerem fratris tui, non licet! (Marc. 6.) &c. Itane? tam audacter locutus est Joannes ad Herodem? Ita est! & eadem dicendi libertate usus est ad incolae civitatis Hierosolymitanæ, ad Judaeos, ad Phariseos, ad Sadduceos, a iudice ad ipsum in eremo predicantem exeuntes, quos zelo caelesti incensus viperarum progenies compellat, usque venturam Dei vindictam iram comminari contuevit; adeoque siquis ex me hodierna die illis verbis interrogasset: Quis, putas, puer iste erit? ego respondissem: Erit scelerum vindex, erit errantium castigat-

tor, erit totius mundi morum-magister. Sed quam mercedem accipit? Non aliam, quam odium totius aulae, & praesertim Herodidis. Cum enim impudens foemina adverteret, adesse Joannem, ut incestuosum amoris vinculum, quo ipsa cum Rege colligabatur, abrumperet, in die natalis Herodis laboravit filiam non minus matre impudentem, ut in remunerationem levit saltus, qui Regi valde placuerat, caput capivi Joannis peteret, quod & confessum misit in carcerem speculatore abscisum, & sacro adhuc sanguine manans ad mensam convivantium hospitium allatum, in calis autem glorioso Martyrii diademate coronatum est.

Parem in modum & nos debemus corrigere scelera, scilicet illis Apolloli (2. Timoth. 4.) Sunt multi turbiditantes, vaniloqui & sensuores. Quale est autem remedium, sancte gentium Doctor? Remedium statim subnectit: Quos oportet redargui. Cum ergo haec redargutio deficit, & nemo vult observare praecipitum illud Dominicum: (Matth. 18.) Vade & corripue eum; & non est mirum, quod omnis generis scelera, velut zizania in agro, qui nunquam purgatur, invalescant. Rem omnem concludit Cornelius a Lapide, inquit: in Matth. cap. 18. Tanta est visio nos corrigendi necessitas, ut quidam sanctus Pater dicitur sic solitus, invidiam nulla alia de causa magis perire, quam propter omissionem correctionis fraterna.

Ne dicas igitur, mi Christiane: Quid ad me meus proximus? Nam castus frater meus ego? (Genes. 4.) Hae enim vox aliquando fuit sceleratissimi fratricidae, qui, ut primum haec verba excrevit, mox audire ex ore Dei debuit: Maledictus eris super terram. Econtra quam grata, estimabilique sit Deo fraterna peccantium correctio, testimonium habemus ex Scriptura. Dives epulo ab inferni flammis insartificis oculis elevans, (Luc. cap. 16.) ubi in fastidium Abrahæ sinu mendicam Lazarum compehit, illico guttural frigida in refrigerium linguae supplex petiit; verum, cum voti non damnaretur, novam gratiam postulare coepit, dicens: Mitte Lazarum ad fratres meos montem, ne veniant in hunc locum tormentum. Deum immortalem! quam paradoxa haec petitio! an damnatus epulo caritate tantum immortalem? an non damnatum aliorum damnatione delectatur? Ita est! Solentium, ait glossa interlinearis, est damnatus scilicet frater sua sanæ. Quomodo ergo epulo salutem fratrem exoptat? Non intelligeret, nisi Albertus Magnus dubitanti succurreret. Epulo, ut guttas frigidae sibi negatam vidit, aliud medium, quo e flammis illis evadere posset, in mente versavit: Et quid egit? Sciens correptionem fratram Deo valde acceptam esse, rogavit Abrahamum, ut Lazarum ad corrigendum fratres ablegaret, sperans fore, ut hoc tam efficaci esset suae redemptionis remedium, ut vel ex ipsis inferni flammis redimi posset: Purgabitur sic a bonis abstinentiam, ait Albertus Magnus, ap. Mich. a Calc. conc. 22. §. 2. nu. 6.

3. Confirmatio. Posset Deus immediate per se ipsum, aut saltem per Angelos hunc mundi curam dirigere, nihilominus sua Providentia ita rem disposuit, ut velit homines per homines gubernari, ad quam gubernationem, & ortam exinde humani generis felicitatem peccatorum correctio apprimere est necessaria. Quid sequitur? Sequitur hoc opus Misericordia spiritualis, quod est, errantes corrigere, non esse de libertate voluntate, sed omnino de precepto; & hoc expresse docet Doctor Angelicus 2. 2. q. 33. a. 2. cum S. Chrysolomo, Tom. 6. Hom. 6. & aliis Patribus: Imo S. Bonaventura hanc obligationem non solum ad eos, qui praesunt, sed ad omnes universum Christianum extendit, hae solum differentia, quod primi illi est iustitia, ceteri autem ex charitate ad proximi correctionem obstringuntur. Verba Seraphici Doctoris in Spec. an. c. 3. sunt: Correctio proximi est omnibus in precepto. Et hac veritas magis adhuc elucet ex fine seu effectu correctionis, item ex innumeris malis, quae ex illius omissione oriuntur. Quae, quae causa est, quod inter subditos multi inveniuntur rebelles, capitioli, inobedientes, qui sapientissimis Majorum ordinationibus obstruant, sagittant, & se-

& sese opponunt? Quae, quae causa est, quod in populo inveniuntur garruli blaterones, qui contra proximum nocentissimas diffamationes & calumnias, contra honestatem impudentissimas scurrilitates, contra Deum diabolicas & profus terribiles blasphemias effutire audiantur? Quae, quae causa est, quod in juvenibus inveniuntur diaboli fatrapæ, qui ex professo, venenum impudicitiae propagant, castis animabus tam nuptis quam innuptis insidiantur, alios ad comotationes, ad aleas, ad farta, ad injustitias, aliaque scelera provocant, usque Machiavellicum illud principium inculcant: Quis libet, licet. Profecto deplorandæ abominatiois non est causa alia, quam quæ defumitur ex verbis illis Apolloli: (2. Timoth. 4.) Sunt multi turbiditantes, vaniloqui & sensuores. Quale est autem remedium, sancte gentium Doctor? Remedium statim subnectit: Quos oportet redargui. Cum ergo haec redargutio deficit, & nemo vult observare praecipitum illud Dominicum: (Matth. 18.) Vade & corripue eum; & non est mirum, quod omnis generis scelera, velut zizania in agro, qui nunquam purgatur, invalescant. Rem omnem concludit Cornelius a Lapide, inquit: in Matth. cap. 18. Tanta est visio nos corrigendi necessitas, ut quidam sanctus Pater dicitur sic solitus, invidiam nulla alia de causa magis perire, quam propter omissionem correctionis fraterna.

Ne dicas igitur, mi Christiane: Quid ad me meus proximus? Nam castus frater meus ego? (Genes. 4.) Hae enim vox aliquando fuit sceleratissimi fratricidae, qui, ut primum haec verba excrevit, mox audire ex ore Dei debuit: Maledictus eris super terram. Econtra quam grata, estimabilique sit Deo fraterna peccantium correctio, testimonium habemus ex Scriptura. Dives epulo ab inferni flammis insartificis oculis elevans, (Luc. cap. 16.) ubi in fastidium Abrahæ sinu mendicam Lazarum compehit, illico guttural frigida in refrigerium linguae supplex petiit; verum, cum voti non damnaretur, novam gratiam postulare coepit, dicens: Mitte Lazarum ad fratres meos montem, ne veniant in hunc locum tormentum. Deum immortalem! quam paradoxa haec petitio! an damnatus epulo caritate tantum immortalem? an non damnatum aliorum damnatione delectatur? Ita est! Solentium, ait glossa interlinearis, est damnatus scilicet frater sua sanæ. Quomodo ergo epulo salutem fratrem exoptat? Non intelligeret, nisi Albertus Magnus dubitanti succurreret. Epulo, ut guttas frigidae sibi negatam vidit, aliud medium, quo e flammis illis evadere posset, in mente versavit: Et quid egit? Sciens correptionem fratram Deo valde acceptam esse, rogavit Abrahamum, ut Lazarum ad corrigendum fratres ablegaret, sperans fore, ut hoc tam efficaci esset suae redemptionis remedium, ut vel ex ipsis inferni flammis redimi posset: Purgabitur sic a bonis abstinentiam, ait Albertus Magnus, ap. Mich. a Calc. conc. 22. §. 2. nu. 6.

Adverte, mi Christiane, tam grata est Deo correctio delinquentium, ut si extaret remedium extinguendi vel ipsam infernum, certe illud non aliud, quam haec ipsa correctio foret.

5. Agite ergo, dilectissimi Parentes, hanc Deo gratiam impendite! Videtis liberos esse libertinos, esse sternaces, esse petulantes, filios in seram noctem evagari, filias suspensa venticula frequentare, non parcite verbis, non parcite verberibus; nihil enim profect, homo agere, & male corrigere, ait S. Hieronymus, in Evang. s. Marc. c. 1. Etiam de cetero in praesens, in jejuniis, in elemosynas, & quavis opera pia effusi vitam fere sanctam agatis, nihil illi omne proderit ad salutem sine laudabili filiorum exorbitantium correptione. Agite Magistratus, Judices, & Superiores, qui auctoritate publica praesunt, hanc gratiam Deo facite, vires omnes in correptionem subditorum impendite! Videtis publicas morum corruptelas, ebrietates, scurrilitates, obscenitates, aliaque flagitia frequentari, utimini gladio & potestate, quam Deus vobis ad coercendam impietatem tradidit, non facientes discrimen inter feres potentes & pauperes, alia certe peccata omnia subditorum coram divino tribunali in vestram culpam, & penam redundabunt, dicente sancto Petro Damiani, l. 4. Ep. 15. Culpam subditorum in Propeporem redundat approbationem. Agite Patres-familias, hanc Deo gratiam facite, vires omnes ad correptionem domesticorum impendite! Videtis famulos esse proceres, petulos, noctivagos, & impudentes, videtis famulos non esse meliores fariens, habete curam, ne maledictionem divinae aliena culpa in vestras ades pertrahatis, incurritque censuram Augustini dicentis, Sem. 16. de Verb. Dom. Si neglexeris corrigere, superfluous es eo, qui peccavit. Nunquam auditis de illo Abbate Monasterii, (Casiprator apud Daxorval, c. 2. r. 15. n. 1.) qui, licet vitam religiosam de se, & satis bonum duceret, tamen in lethali agitudine horrendam ejulare & congeri coepit, se ad tribunal Dei vocari, sibi quae peccata omnia subditorum, quae nimia lenitate dissimulaverat, impertari, sique decimas nescio quos dolores temptatur animam evomuit. Oh quot Superiores in illa hora magis ob peccata aliena, quam ob propria de salute periclitantur! Agite fratres ad fratrem, amici ad amicum, consolidae ad consolideam, hanc gratiam Deo facite, vires omnes ad correptionem aliorum impendite! Nimis enim quam certum est, unicuique commotionis verbalium, ab amico in familiari discursu profectum, plus laepe efficacit habuisse, quam integris sacrorum Orationum conciones. Notum est illud de juvene Bononiense, (Specul. Exempl. ap. Dant. l. c.) qui ad omnem mandati vanitatem, & carnis delicias educatus nil magis, quam sacrorum Orationum monita, & quicquid animae salutem concerneret, averlabatur. Aliquando in familiari conversatione ab alio interrogatus, quem putaret lectu-

iam illi mundi Amati in altera vita habituri essent, qui nunc corpori delicate blandirentur? respondens, se uelire, audiit a confodale illum gnomem: *Subter se sternatur sinea, & operimentum tuum erant uermes.* Et ecce! hoc audito sancta tristitia obrutus, anxiosque, non prius acquireret, quam in sacrum asceterium sulcepit, vitam deinde uere sanctam egerit, & pari morte concluderet.

6. Quæres igitur, qua ratione, & qua arte correctio utiliter facienda sit? Mi Christiane, hancdem quæris, qua in nuce concludi non potest: Sicut enim in pharmacopœia non omnibus omnes medicinas, imo ex millenis vix unica huic, quem patior, morbo conuenit; ita non omnibus uis, idemque corrigendi modus quadrat. Christus Dominus alios flagello, alios ejectione et templo, alios amica, alios austerâ voce castigauit: Attendendæ sunt omnes circumstantiæ; paruis panis, & senibus lac nocet. Ur ergo compendium huius rei tibi suggeram, aduerte bene: Ad proximi correctionem utiliter faciendam tria principaliter requiruntur, amor, secretum, & prudentia. Vis explicatorem? Imprimis amor indispensabiliter requiritur, non qualem ille, quo erga victim delinquentis, sed erga personam, idque ex charitate Dei, & alienæ salutis, afficiaris: si enim ira, si rancor, si inuidia, si quædam passio, aut bilis interueniat, correctio potius nocitura, quam profutura est. Sunt Auctores, qui optant instrumenta chirurgorum, quibus uulnera pertractantur; omnia ex auro fieri; quia aurum fanatum, cætera autem metalla, uti æs, & ferrum, corrosiua sunt (*Cassus. 5. Mineral.*) Eundem in morem, nisi aurum charitatis adhibeatur, correctio potius inuidiam, & morum depravationem, quam emendationem reliquit.

Deinde ad correctionem requiritur secretum, ut cuius errorem proximi non propagare, nec coram aliis ad errantis ignominiam carpere, sed inter te et ipsum solum id in camera charitatis dedocere debes. Cum filius prodigus fame exhaustus ad patrem reuersus veniam suppliciter petit, mox pater profertur solum primam, eumque ueluti præcepit: Cur autem ita? Nonne juvenis famem præ cæteris malis conquireret? Ergo cibis prius recreandus, dein primum uentilendus erat. Abstine hoc fieri, respondet amantissimus pater; non enim conuenit, ut errantis filii nuditatem et famulatus, aut demeritis quilibet prætere conspiciat; uelidius est primo, dein palcendus. *Cito proferte solum primam!* (*Luc. 15.*) Eni uerus amor non fert nuditatem proximi, sed illius errata coram aliis cooperat: Si proximus amulatur filium prodigum, dispendio substantiam & uivendo luxuriose, tu imitate patrem, qui, ut ait Chrysothomus ap. Mich. a Calvo conc. 21. §. 2. n. 2. *uultus uoluit filium, ut sibi soli nota esset nuditas.* Volo dicere: Silentio inuolue illius errores, & pia seueritate illum in secreto corrippe. Denique ad correctionem requiritur prudentia & discre-

tio, ut cuius ad personam, quæ corrigitur, ad te ipsum, qui corrigis, ad errorem corrigendum, ad locum, ad tempus, ad modum, aliaque circumstantias attendere oportet. Præcipue mihi placet correctio quasi indirecta! Quam esse ista? Explico. Sanctus Arsenius in conversatione Monachorum nonnunquam spirabat morsu ad huc mundanos, quibus in aula Imperatoris Theodosii affueverat, & sepe lapsus federe solebat pedem pedi superimponens. Quid egit Abbas Pastor? Cum fratris clam conuulsus, seu primo conuulsu uelle federe in morem Arsenii, illi contra id agerent, ut publice se corripere, fore deo sine dubio, ut Arsenius suum errorem aduerteret & emendaret, quod & reuera factum est. En! mi Christiane, sic nonnunquam caditur innocens canis in presentia leonibus, ut ille timere, & circumspiciat: Et Christus ipse hac correctionis methodo usus est; cum enim afflictissimus quidam pater ad Christum uenerat, liberationem quidem filii sui a malo demone rogaturus, sed in animo Diuinitatem Christi Dominum nullatenus credens, Dei filius in illa uerba erupit: *Generatio incredula, & inuidentis quid eis erit?* (*Matth. 9.*) En! Non in huncmodum, sed in omnes Hebræos exortatus est, & uere errorem particularem huius oratoris proxi- culpa incredulitatis in totam generationem retulit. Nota tibi, mi Christiane, hæc tria puncta, ad utilem correctionem necessaria, uelidelicet amorem, secretum, prudentiam, & cætera te Magister usus edocebit.

7. Dices forsitan: Eheu! Quid ad me correctio? Præuideo, me non aliam utilitatem, quam proximi odium, ac inimicitiam reportaturam. Non erras, mi Christiane! Ut primum Moyses & Aaron puluere terræ percussissent, nati sunt cynipides non solum in iumentis, sed & in hominibus: Eundem in morem, cum uirga correctionis aliena delicta insat pulueris excutiantur, mox confurgunt detractiones, rectoriones, & contumelie, quæ in corrigentem reueruntur, idque non solum in iumentis, id est, in mundanis, sed & in hominibus, id est, in spiritalibus; prout loquitur Speraanza script. *Psalm. 116.* Verum, scias, uelim, hoc non uerissem, ut plerumque, sed solum multoties contingere solet. Sunt et Christianis nonnulli, qui ea, qua par est, humilitate manum, qua corriguntur, excoluntur, & cum Philippo Macedonice Rege, prout Plutarchus ap. Lucian. T. 4. Conc. 17. n. 7. commemorat, correctionis beneficium singulari gratitudine compensant. Sunt deinde alii, qui amore proprio aut inuadentiam exccrati errores suos non agnoscunt, eosque nonnisi libentissime emendant. Cum Iulianus apostata (*Niceth. ap. Daxerul. c. 7. tit. 13. n. 5.*) præcipuus dignitates tam ciuiles, quam militares non alteri, quam tuis conferre solitus sit, qui idolis sacrificabant, fueret etiam & Christianis nonnulli, qui Diis gentium tuos adolebant, nter quos præcipui erant Iovinianus & Valentinianus. Factum est postliminio; ut, cum illi

in familiari discursu Christi Diuinitatem depredicant, nonnemo ex presentibus subalternis modo de Christo tam sublimiter sentirent, quem paulo ante per nefanda sacrificia negissent? Et ecce! Iovinianus & Valentinianus hoc monitionem iam facinorosi ponitudinem conceperunt, ut Iuliano in faciem se filtere, & Christianos se profiteri ausi, in exilium pro saluifica fide relegati sint, clero pro nobis testimonio, inter dum in homine piz correctionis effectum non ob stare uoluntatem, sed intellectum, seu scientiam. Ponamus autem, quod reuera proximo dium & inimicitiam incutias! Quid tum? Deum amicus uideri, & simul declinans periculum illud die audiendi exprobrationem illam apud Zacharielem c. 34. *Quod infirmum iuit, non confidit dicitis, & quod agrotum, non sanatis. - & quod perierat, non quaesitis.*

8. Vah! Quidquid dixerò & egero, nihil efficiam, proximus non emendabitur! Inepte, mi Christiane, hæc effugia obtendis, expedit enim respondet idem Propheta: Si nihil apud proximum efficias, quid tum? *Iste quidem in integritate sua moritur, tu autem animam tuam liberabis!* (*Eccl. 3.*) Deinde, quis tibi filio perussit, quod nihil sis effecturus? Est plane ueritas diffententum, quamquam ueritas, cui correctio nem impedit, adeo nullam emendationem speret, ut potius ostensum le arbitratum approbit, & contumelias rependat, forsitan tamen alii peccatores emendabuntur, qui consilii tæ correctionis agnoscent, scelera non esse impunita. Et quid? si unicum peccatum lethale impediatur? Scis, quid sit peccatum? Est malum infinitum! Malum, propter quod Deus totum mundum cataclysmo subleuauit; malum, propter quod Dei Filius homo factus, & post triginta trium annorum ætatis in cruce mortuus est; malum, propter quod innumerabiles animæ aternalibus inferni flammis cruciantur; malum, quo semper præstare, totum mundum uerti, quam autem peccatum lethale committit, malum, ut denique compendio dicam omnia, quo Deus offenditur. Et hoc tam grande malum, si uel unicum impediatur, apud non putas, Deum tibi uehementer obligari? Reuera, usque adeo tibi obligatur, ut pro malo, quod impedisti, infinito fieri uix aliter possit, quin tibi retribuatur bonum in calis infinitum.

9. Epilogus. Eja ergo, mi Christiane, tuque presentium, o Superior! o Pater-aut Maternitas! o Pateris, aut quilibet præes! inter opera misericordiæ spiritualis primum hoc, quod est, errantes corrigere, singulariter tibi commendatum habes; quia ad salutem impetrandam est efficacissimum. Exemplum habes in Nelaetia, qui in urbe Hierosolymitana lenocibus & diuitibus exprobravit oppressionem, pauperum (*Esay. 2.*) Exemplum habes in Iuditha, quæ Bethulienibus exprobravit diffidentiam, & pusillanimitatem in tradenda urbe aduersus Deum conceptam. (*Judith. 8.*) Exemplum habes in Daniele. Propeta, qui Regi Balthasar ex-

probravit ablationem & profanationem sacrorum ualorum. (*Dan. 5.*) Exemplum habes in sancto Protomartyre Stephano, qui Iudeis & Phariseis exprobravit incredulitatem, & duritiam cordis. (*Matth. 5.*) Exemplum habes in Chrysothomo, qui Imperatrici Eudoxie improbravit iniustitiam & tyrannidem contra uirtuam Callitropem in diripienda eius uinea exercitum. (*Zenaras ap. Daxerul. c. 7. tit. 13. n. 12.*) Tu ad morem Sanctiorum istorum indue genitos spiritus, & ubique spes affilget impediendi alicuius peccati, clam cum S. Joanne Baptista: *Non licet non licet!* Deum immortem! Cum uellem proximi minus decenter compositam, aut maculatam, aut discessam uideus, illum commoneus, ait S. Chrysothomus *Hom. 4. ad pop.* Unde ergo fit, quod uidentes uiam eius distuliam, nec uerbum quidem preferimus? unde, quæro, fit? &c. &c.

In Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli.

CONCEPTUS LXI.

De secundo opere misericordiæ spiritualis, quod est, ignorantes docere.

Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus Filius Dei uiri. *Matth. 16.*

Deus remuneratur scientiam, & ignorantiam auersatur; igitur opus pretium est, ut studemus ignorantes docere, quia triplex ignorantia, multa peccata post se trahit, pro qua exscripta uia, & sancti laborant, & non labore debentur.

1. IN Academiis, & scholis sublimioribus moris est, ut ad finem anni litterari omnes discipuli ad examen uocati de hauta per annum scientia tententur; qui responsionibus eminerit, & insigne præ cæteris doctrinæ specimen dederit, ille supra condiscipulos uehi, laudatur, aut eadem gradu Academico Doctoratus, uel Magisteri honorari solet. Patem in modum uideatur in hodierno Euangelio Christus egisse cum discipulis; propoliu istis quaestione: *Quem dicitur bonius esse Filium uerum?* & ecce! omnes hæsitare, & in diuersas opiniones abrepti, alii Joannem Baptistam, alii Eiam, alii Ieremiam, aut unum ex Prophetis nominare coeperunt. Ili omnes erant neficientes! Ad quando Dominus subiunxit: *Quem me esse dicitis?* mox Petrus cæteris illuminatoribus substat: *Tu es Christus Filius Dei uiri!* Ur responsio adeo placuit caeteris Magistro, ut illum petram ad fundamentum Ecclesie, quæ in terris ædificatur erat, atque Apostolorum omnium primum pilam constituerit. En! quantum Deo placeat uerum diuinum scientia! minimum ita, ut austin didicere, in foro caeteris fere eundem esse morem & styrum, quem in mandano, ubi ueteres Mineræ simulacram in templo Fortune exereunt, ut sit scientiam esse, ut Dea scientiarum

rum conjungatur cum Dea dignitatum. (Flu. l. 3. r. 8.) E contra, quam noctis, & rei Christiane fere dixerim perniciosa sit ignorantia, patet aliquatenus ex cecitate naturali. Quid homine caco infelicitus? Sedet in tenebris, privatus co bono, quod inter mundana delictiosissimum est, videlicet diurno lumine, non progreditur, aut retrogradatur latum pedem, quin hinc inde caput impingat, aut humi prolabatur. Eundem in morem, imo multo magis periculosa est cecitas intellectus, id est, ignorantia; dum enim stupidum genus homines, Dei, sui ipsius, & rerum aeternarum ignari in tenebris versantur, & quales sint, unde sint, quem in finem in mundo sint, quorsum tendere debeat, omnino nesciunt, teste Chrysolomo in Plal. 142. in voragine, *Sofusque & praecipitatus deturbatur*. Cum ergo tempore Christi hac animarum caecitas univervum sere orbem occuparet, hominibus in aethisum, gentilitium, idololatram, haereticam, & alia scelera demersis, benignissimus Dei Filius, qui est *lucis vera, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* (Joan. 1.), misit Apostolos in omnem, quae late patet, orbem, cum mandato, ut docerent omnes gentes, cui mandato illi adeo fastiditebant, ut Petrus inter Judaeos, Paulus inter Gentes versatus, cum ceteris Apostolis in diversis orbis partes praedicandi Evangelii causa emissis; innumerabiles animas ad Christum converterint, & dispersis ignorantiae tenebris, fidei lumen propagarint.

2. *Proposita*. Edic, mi Christiane! an cupis ad salutem, & conversionem animarum Apostolis cooperari? Eja! anam tibi dabo, dum in praesentiarum de secundo misericordiae Spiritus opere differam, quod est, ignorantes docere. Vah! quomodo alios doceam, qui ipsimet sum inter ignorantes? Habe patientiam! Instruam te, qui ferri id possis! Oh quam facile in mundo extirparentur peccata, & gloria Dei immensum cresceret, si hac ex parte facerent Christiani, quod possent! Favete!

3. *Confirmatio*. Ignorantia, quam rei Christianae notiam, & vix non perniciosa supra dixi, in tres species distinguitur; est enim primo ignorantia debilitatis, secundo ignorantia negligentiae, & tertio ignorantia malitiae. Ignorantia debilitatis est illa, cujus omnes homines secundum minus aut magis participes sunt, quamque miseri tum a primi parentis pravitate, tum a nihil nostri tenebris, ex quo extracti sumus, hereditate accepimus. Haec Ignorantia sine culpa, & tam bonis, quam malis aequae communis est, & a Theologis (S. Thom. 1. 2. q. 74. a. 3. ad 2.) saepe invincibilis vocatur; consequenter, si homo, quando nullum habet dubitandi principium, nec errorem viscendi modum, in tali statu delinquit, juxta Philosophum (Aristot. 3. Ethic. c. 3.) non tam dicitur debet, quod peccat per ignorantiam, quam quod peccat ignorans. Altera ignorantia est negligentia, quando homini curae non est in rebus illis instrui, quae ad bonae

credendum, aut bene vivendum spectant: Et ejusmodi ignorantibus plenus est mundus. Sunt homines, qui mediam tantum muneri sui partem norunt, & quamvis in corde suo satis sentiant, se ad indagandam veritatem teneri; cum tamen non quaerunt, saltem non efficaciter, similes hac ex parte Pilato, qui, postquam Christum interrogasset, quid est veritas? simul tergum obvertit, ne responsum daret. Idipsum multoties hodie dum contingit. Est, qui dubitat, an non a plurima sibi a patre relicta sint male parta, nihilominus, ad quid teneatur, non inquirat, ne responsum ferat, quod non ardeat. Alius facit fidei principia puer non didicit, jam adultus erubescit illis animam applicare. Alius in re ardua confessorium doctum consulere quidem potest, consulit tamen minus expertum, ut non obligetur, ad quod obligari formidat. Alius id officium, quod affectat, incapax se quidem invenit, nihilominus illud muneribus exartorquet. Percipite ex Scriptura, quo isti, Primum homicidium in terris commisit Cainus occidendo fratrem Abel, & alterum commisit Lamech occidendo Cainum, & Lamech enim, ut dicit S. Hieronymus, cum a juvenute venationi esset affectus, jamque senex caecutus, nihilominus a solita venandi recreatione abstinere non poterat, fed manu pueri in sylvas ducebatur, cujus directione sagittas ejaculabatur. Accidit igitur die quodam, ut puer advertens in damno aliquid moveri, putans esse feram, dominum suum ad sagittandum extulmarit, ille vero nihil moratus, arcu remisississimam intulit occidit. Cum igitur hoc homicidium, licet in effectu fuerit involuntarium, tamen voluntarium fuit in causa, impune relinqui non potuit, ita ut Lamech plusquam Cain fuerit punitus, dicente Scriptura (Gen. 4.) *Septuagulum micio dabitur de Cain, & de Lamech vero septuagies septies*. Et ratio est, quia cum Lamech caecus fuit, non amplius venatione delectari, aut si venatum ire placuit, non ignari juvenis directioni, ubi homicidii periculum suberat, fidere debuisset. Et haec plurimorum temeritas est, qui, cum alio legendi talento non polleant, tamen officii, dignitateque quaerunt, quas cum affectu fuerint, curantque scientia ad Christianam vivendum aut regendum necessaria, aliter se regi permittunt consilio, haec hic ad bene fundendum omnino fit inhabilis. Ignorantia denique malitiae est, quae inconsiderantiae, praecipitantis, aut praecipuae passionis vel mator est, vel filia, & scientiam illam, quam haurire facile potest & debet, de industria rejicit. E horum numero fuit Ducifia illa O rancia, quae cum nobilem quemdam Anglicum de veritate fidei Catholicae differentem audire, subito illum indignabunda tacere jussit. Et cur tacere? quaerret ille: Ne scrupulosi mihi

hinc moveas; substat illa. Atque iterum Nobilis: Ut video, mavis vestra Celsitudo sine, quam cum scrupulis ad infernum ire. (Patrius, in Jon. l. 1. n. 26.)

4. Triplex hac ignorantia, unde de demum orta, revera fons & origo est omnium seclerum, quae quotidie in mundo praefrequenter committuntur, juxta tritum illud: Omnis peccans ignorans. In hoc ignorantiae turbido pro-num, & promptum est malo demoni pro arbitrio piscari. Dic, mi Christiane! quae causa subest, quod homines salvifica fidei lumine imbuti & seipfos invicem maledictis, & Deum ipsum Optimum Maximum blasphemis impaetant? Dic, mi Christiane, quae causa subest, quod in negotiis, in consiliis, in promissis mera mendacia, & deceptiones, nulla autem fides & sinceritas inveniantur? Dic, mi Christiane, quae causa subest, quod proximi, agnati, amici & vicini in mutuas diffensiones, in odia, & inimicitias usque ad homicidia & vultura exardescant? Dic, mi Christiane, quae causa subest, quod abique conscientiae remota furra, fraudes, & alienorum invasiones adeo frequenter & libere fiant, ut, quod olim vitium fuit, jam pro arte reputetur? Dic, mi Christiane, quae causa subest, quod impudens libido ad nefanda scelera, uti supra, & adulteria tam effronter prolisat, ut nec ipsius sanguinis ratio, aut reverentia habeatur? Gar & unde, quod, ista? an nescis? Ergo loquitur Propheta (Osee 9.) *Maledictum & mutuum, & homicidium, & fornicum, & adulterium invadent, & sanguis sanguinem turgit*. Cur autem? Haec omnia tam horrenda flagitia flunt ex illo antecedente: *Non est scientia Dei in terra*; non est in mundo Dei noticia; non est illius acquirenda industria; perinde, ac si vel hoc ipsum nonnullis molestem esset, credere, quod Deus sit. *Origo totius mali ab ignorantia descendit, & ipsa est malorum omnium mater*, ait S. Clemens Pontifex l. 5. Recog.

5. Quisquis igitur Deum amat, & Dei amore peccata extirpare desiderat, hinc omnium malorum radice, id est, ignorantiae manum & aetiam admoveat. Christus Dominus, cuo in via clamant, alique visum reddidit: Nos autem doctissimus Barriadius Tom. 3. l. 2. c. 3. licet corpore tenus hoc prodigium amulari non possimus, animi tamen oculis lucem afferre possumus. Quomodo? qua ratione? *Doctrina, exemplo, & correctione*. Oh quam impense hanc sibi ignorantiam instructionem commendatam habere sancti animarum zelotes, qui bene garant, quantum Christus Dominus animas suo sanguine redemptas aestimet, relicti patrie rebus & spebus in remotissimis mundi Provincias abere, ut Tarcis, gentibus, Judais, & haereticis in errorum tenebras demersis fidei lumen accenderent! Scis, mi Christiane, quinam sint Turci? Sunt populosi gens in Asia & Africa, quae Mahometis carnali se foeda lege, atque Alcorani magis dementata lunam adorant, &

Christi doctrinam, ejusque affectus Vaticanis odio persequitur. Scis, mi Christiane, quinam sint Judaei? Sunt a Deo rejecta, despecta, reprobata, & maledicta gens, quae sicut olim in veteri testamento verum Deum legem habuit, ita nunc imposturis & falsitatibus Thalmudicis usaris, ac deceptionibus vigitant Christum Dei Filium, quem in cruceum egit, impudentissime despiciit & blasphemant. Scis, mi Christiane, quinam sint gentiles? Sunt populus in extremis Asiae, Africae, & Americae angulis delitescens, qui non tam suo quam Progenitorum vitio decepti, & ab omni boni occasione remoti vilissimas creaturas, uti boves, vaccae, crocodilos, dracones, & ipsum etiam demonem in idolis latitantem sacilege adorant. Scis, mi Christiane, quinam sint haeretici? Sunt rebelles, & resfractarii, qui e salvifico Ecclesiae una egressi jam suis mendacis oblatione adherent, & salutarem Orthodoxae Ecclesiae doctrinam pertinaciter oppugnant. Ex his omnibus plurimi, imo fere omnes non tam voluntatis, quam intellectus vitio, id est, ex ignorantia pereunt, *reprobis observantiam habentes intellectum*, prout loquitur Apostolus (Ephes. 4.) *alienari a vita Dei per ignorantiam*; quia de Deo, de Incarnatione Dominica, de praecipitis decalogi, de animae immortalitate, de bonorum praemiis & malorum suppliciis nihil unquam audierunt. Quapropter non solum Apostoli, sed & Apostolorum successores, & amanuenses, id est, Patres Missionarum deo scribis Ordinis infelicium animarum derelictione commotis, non attentis quibuscuque periculis, per maria, per terras, in fame, in siti, in nuditate, in persecutiombus & Indos difficillimum iter susceperant, quorum plurimi ipsam etiam vitam pro Deo, & fide glorioso martyrio produderant, non alium in finem, quam ut rudissimas animas in rebus ad salutem pertinacibus instruerent, & decumano illorum errores dedocerent. Oh quisquis magni est animi, studeat pro illis preces fundere, ut Deus eorum liberos secundet, & errantes oviculae ad ovile Christi reducantur!

6. Nec satis hoc? Quomodo hanc animarum salutem in remotis, ita in nostris regionibus alii eorum exemplo ad errantium instructionem indefesse laborant, scientes, quod convertere unicum peccatorem, & lucrari unicum animam sit excellentissimum opus, quam novam caelum & novam terram creare: prout affirmat Angelicus (S. Thom. 1. 2. q. 113. a. 9.) *Horum e numero fuit S. Ignatius Loyola, qui, ruditatis, & infelicitatis sui saeculi indignatus, revocavit ab exilio Masas, erectique publicis scholis juvenutis eruditum pro se, suoque non minore fructu, quam industria infudavit. Horum e numero fuit S. Carolus Borromeus, qui Diocoesium Mediolanensem curae suae commisit iteratis visitationibus percurrere, subtilissimum saepe, asperissimisque montes, manibus ac pedibus reptantibus*.
U u 3 do,

do, non sine precipitio periculo superavit, ut rudes animulas induceret, & Christo lucrifaceret. Horam e numero fuit S. Theresia, quae postquam secleratum peccatricem convertit, e jusque deinde animam post vitam sancte peractam ad calos transferri confexit, dicere postmodum solebat, se libentissime purgatorii ignibus ad usque mundi finem utulari velle pro unica anima Christo lucranda. Horum e numero fuit Jacellus Lithuaniae Princeps (Cronica, ad ann. 1386.) qui in Poloniae Regem electus, in sacro Baptismi late nomen Uladislai assumpsit: Cogitabat piissimus princeps totam Lithuaniam ad fidem Christi convertere, & cumque sacros Praedicatorum lingua peritos non haberet, ipse ad suos subditos verba salutis fecit, quibus innumerabiles animas, & tandem totum Principatum ad fidem convertit.

7. Age, mi Christiane, amulare pios Sanctorum conatus! stude operam conferre ad instructionem, & salutem rudium animarum! Non ego ita loquor, sed zelosissimus Didacus Stella in Luc. c. 19. inquit: *ex hoc Christo* (& Sanctorum) *exemplo discamus, ut etiam nos alios animas a peccatis abducamus, & ad bonam vitam, quia non poterit ad tam excellentem caput tibi deesse occasio, si tu occasioni non desis. Quaris, quomodo & qua ratione? Imprimis si parens aut pater-familias es, cura, ut liberi & subditi tui per teipsum, aut per alios in principis sanctae fidei bene ac fundamentaliter instruantur. Vides forsitan inopem ac miseram Acatolichorum prolem, a parentibus derelictam, fac, ut in salvifica Religione educetur. Noli nonneminem ex haereticis, qui instigante Divini Spiritus gratia ad ovile Christi desiderata reverti, sic illi conversionis opportunitatem, recipere illum in domum, aut servitium, & lucratus sis, ad animas: Si famulus aut subditus sis, da operam, ut ea, quae in confectione, aut catechesi utiliter audisti, aliis in domo opportune enarres. Si ancilla sis ad liberorum educationem conducta, stude, ut tuis neriis animabus per quotidianos discursus Dei Divinae Matris amorem, alique pia principia infilles. Advertis forte amicam, famulum, aut alium, qui in iidem tecum adibus degit, in periculosa sceleris consuetudine haerere, vide, ut illi amica conversatione pias cogitationes suggeras, aut damnationis discrimen, in quo versatur, exponas: si audierit te, lucratus es animam illius. Haec sunt optimae occasiones instruendi, & ad salutem semitam reducendi errantes, quarum quam plurimas tibi Dei & proximi amor subministrabit. Et si haec omnia defuit, non est facile didici, quanta bona praestare valeas, si in ipso familiaris, & quotidiano discursu a nugis nugarum, & sepe a sarcilooquis verba ad Deum, & res Divinas detorqueas. Gentilium quidam Regulus, prout S. Joannes Damascenus ap. Daverolt. c. 7. tit. 14. n. 1. commemorat, cum aliquando per se ipsum vesperam Procerum comitatu per urbem*

ambularet, incidit in hominem caecum, qui domi suae inops & pauper una cum uxore laborabat, & cantillabat. Interrogavit eum ex aulicis nonneminem, qui Christum prohibebatur, quomodo fieri possit homines tam miseros exultare & laetari? Et ecce! Christianus, hanc occasionem nactus, de vite aeternae praemii, quae caecus iste speraret, multa differens, adeo placuit, ut ille abstrata infidelitatis caligine Christi fidem amplexus, & post vitam peractam salvatus sit: Ob quos ejusmodi conversionum fructus in familiari discursu sepe citra spem factos in illa decretoria die videbimus; quia nimis quam verum est, quod verba amici ad amicum nonnunquam majorem efficaciam habeant, quam ipsa verba sacerum Oratorum! Probatio habetur ab experientia.

8. Non igitur dicas, mi Christiane: Sum homo laicus, non Ecclesiasticus, non Religiosus, non ad curam animarum deputatus, quid ad me salus & instructio aliorum? hanc enim obsecrationem, juxta doctrinam hadenus traditam, jam dudum confutavit S. Augustinus tract. 90. in sua inquit: *Noli quiescere laetari Christi in illo enim, non obstante, quod laicus sis, poteris facere, in domo tua, cum amico tuo, cum inquilino, cum cliente tuo, cum muliere, cum minore, quomodo Deus dat adiutum esse. Vult jam homo simplex, & illiteratus, nec possit formare eruditus discipulus! Quid tum? Dominus Deus plerumque efficacius cooperatur sanctae simplicitati, quam ingeniosissima eloquentia, ut ostendat, conversionem animarum non tam pendere ex sublimitate verborum, quam ex sinceritate affectus. Quis unquam & sanctus simplicior, & illiteratus fuit sancto spiritidoneo? Et tamen in Concilio Niceno altissimum Philosophum, quem ceteri Patres non poterant, ipse superavit, ac convicit. (Rossigni. cont. 1. p. 2. mir. 6.)*

9. Neque gratis id a te, mi Christiane, requiro; indubitanter enim persuasus sum, co operari ad salutem, & instructionem proximi esse non tam libera voluntatis, quam obligacionis, juxta clarissimum Divini Spiritus dogma: *Mandavit utique de proximo suo.* (Eccl. 17.) Vis plura? Memento Evangelicae parabolae, ubi homo quidam peregre proficiscens, famulis suis fortunas suas ditribuens, unum quique, alteri duo, & ultimo unum talentum credidit. (Matth. 25.) Postliminio, ubi ad itihere reverens fuit, venit ad illum famulus, cui quinq; talenta tradita sunt, oblitusque alia quinq; quae lucrifecerat: Similiter, qui duo talenta accepit, oblitus alia duo, & insuper tandem, ac remuneracionem a domino recepit. Demum adfuit etiam famulus, qui unum talentum accepit, causatusque auferentiam domini factus est, quod talentum sibi conceditum, subitus terream desolatum, diligenter quidem asseravit, sed de cetero lucrum nullum fecerit. Quid dominus ad ista? Indignandus concessim praecepit, desidem famulam abripit, & in-

& incarcerari. Quid autem ista? quare S. August. ubi supra. Quid mali fecit? An talentum fidei sine commisso perdidit, ac dissipavit? Nihil minus. Sed carcere & exilio punitus est, quia sine lucro servavit. Nota tibi haec, mi Christiane! Non satisfacis Deo, si talentum tibi datum asserves, fed necesse est, ut lucrum facias. Quamquam tunc non quique, nec duo talenta, sed tantum unicum receperis, metue in te nebras exteriores ejici, si illud sine honore restituas.

10. Epilogus. Age ergo! Excita teipsum, & ad animarum lucra totus quantus convertere, nec ullam occasionem praetermitte, qua poteris proximo tuo boni aliquid suggerere; indignus enim calo est, qui quisque illic sine comite veni! O quantum animarum appendicem sancti Apostoli, & illi animarum zelotes, quorum supra meminimus, in illa die secum trahent! Sanctus Petrus Judaeorum, Sanctus Paulus gentilium conversorum Dax apparebit! S. Andreas ex Achaja, S. Thomas ex Indis, S. Mathias ex Aethiopia, S. Philippus ex Scythia, S. Bartholomaeus ex Armenia, S. Simon ex Aegypto, S. Thaddeus ex Mesopotamia, alique ex aliis mundi partibus innumerabiles animas adducet! Quomodo tu aliquando, mi Christiane! quae comitata ad caeli portam comparabis? Crede mihi, cum illic deventeris, tere ante cetera omnia quaerere: Ubi sunt subditi tui? ubi liberi? ubi domesticis, ubi amici & consuales, quos laevi opera, & facili discursu in bono confortare, a malo retrahere, in ignorantia instruere, ab errore corrigere, & Christo lucrificare potuisses? ubi sunt? Quid tunc respondebis, mi Bone? Oh si sergotapis, jam nunc agere decerne, quae tunc egisse frustra optulisti! Morem gere S. Greg. Hom. 6. in Evang. momenti: *Si ad Deum venis, cura, ne ad eum selus venias.* Non leve tibi hujus industriae praemium proponitur; docent enim universum sancti Patres, vix fieri posse, ut ille, qui unicum peccatorem ad Deum converterit, aeternum pereat, juxta illud: (Jac. 5.) *Qui convertit seculum peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte.* Ubi graeca interpretatio cum Venerabilis Bedae & Carthusiani legatur: *Salvabit animam suam a morte.* Amen.

In Feste Visitationis B. V. Mariae.

CONCEPTUS LXII.

De servio Opere Misericordiae spiritualis quod est, Dubitantibus bene consulere.

Abiit in montana cum festinatione. Luc. 1.

B. V. in montana abiit, ut dubitantibus consulere.

1. Siquis nosse cupit, quae causa impulerit sanctissimum Dei genitricem abundi cum festinatione in montana, advertat animum ad sequentem discursum. In domo Zachariae & Elisabeth tam ante, quam post natiuitatem sancti Joannis Baptistae omnipotens Deus adeo mi-

ra miranda operabatur, ut & domesticis & amici per totam lae viciniam prodigiola rerum varietate obfusperandi capere non poterant, quid sibi vellent hac signa & Dei magnalia. In primis capere non poterant, cur & quem in finem Elisabeth, quae a multis annis cum viro suo Zacharia in sterili conjugio vixerat, jam proventus & canescentibus annis, a sex mensibus secunda praegraret? Deinde, cum proles in lucem fuit edita, erat dissensio & controuersia inter consanguineos de nomine, quod infanti tribuere oporteret, volentibus quibusdam, ut nomine patris sui Zacharias, aliis, ut ad mentem matris suae Joannes vocaretur, donec mutus genitor postularum pillarem scripsit: *Joannes est nomen eius.* (Luc. 1.) Tertio, cum ipsa die natiuitatis mutus genitor soluto linguae vinculo loqui, imo plenus spirit. Sancto prophetare cepit, atque ex prodigiis circumstanti appareret, quod manus Domini esset cum neo-nato infante, factus est timor super omnes vicinos, & nemo fuit, qui non cogitaret, aut interrogaret: *Quis, putas, puer iste erit?* Igitur Beatissima Virgo Maria festinanter abiit in domum Zachariae & Elisabeth, ut perplexis tot dubia resolveret, & mytheria loquenti Numinis illis revelaret. Amantissima cognata (ita Mariam cum Elisabeth loquentem mihi imaginor) causa, propter quam sterili fecundate prolam conceptis, ea est, ut demonstretur possibilibus Incarnationis Filii Dei ex immaculata Virgine nascitur, quia, ut locutus est Angelus, non erit impossibile apud Deum omne verbum. Deinde nomen Joannes, quod interpretatum idem significat ac Gratia, proli tuae calitus decretum est, quia ille extincto veteri testamento legem gratia promulgabit. Tertio, si nosse desideras, quis puer ille futurus sit, scias, velim: Erit anachoretarum alpha, erit praeco penitentiae, erit angelus in carne, erit Dominici adventus Praecursor, erit Martyr veritatis, erit tantus talisque, ut non fuxerit maior inter natos mulierum. Haec Maria discogantam; necque dubium mihi est, quod illam portio de Natiuitate Dominica, de Vita, Passione, ac morte divini Filii sui, & orta exinde humani generis redemptione intruxerit.

Prinde de Opere Misericordiae, dubitantibus bene consulere, discutiendum erit.

2. Propositio. En! mi Christiane, Beatissima Virgo Maria hodie dubitantibus, & cogitationum perplexitate laborantibus Confiliaria tubenit; ideo anam capio differendi de tertio opere Misericordiae spiritalis, quod est, dubitantibus bene consulere. Quid autem dicam? Explicabo, quanta fit utilitas, imo necessitas alieni consilii: quis in rebus arduis consilio adhibendus sit, quae sint illa negotia, in quibus vel maxime aliorum iudicio acquiescendum: quomodo consilium ad regulas prudentiae utiliter dandum sit, & quae sint similia